This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

878
V90
B749

A 469095

107


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

878
V9
B74

Bothe, Friedrich Heinrich,
1771-1855

VIRGILIUS VIRGILIANUS,

SIVE

QUAESTIO DE VIRGILII

LOCIS QUIBUSDAM DUBIIS AUT CORRUPTIS.

ACCEDIT INDEX

IN

QUO POETAE OMNIS CUM RERUM TUM VERBORUM ANTIQUITAS PROPRIETASQUE BREVITER EXPLICATUR.

SCRIPSIT

FRID. HENR. BOTHE.

HEIDELBERGAE & SPIRAE

SUMTIBUS AUGUSTI OSWALDI.

MDCCCXXI.

VIRGILIUS VIRGILIANUS.

u

Latin
Horros.
1 14-25
11397

PRAEFATIO.

Virgilianum reddere studui Virgilium iis in locis, in quibus is mihi non videtur, sed trivialis nugatoriusque, non sua quidem culpa, verum temporis et hominum innumerorum, qui per tot secula in eo describendo occupati fuere, partim stupidi illi aut indocti, partim nasuţuli sibique plus justo tribuentes, et qui parvo fortasse numero exemplarium uterentur per vecordiam Caligulae, poëtam summum ex bibliothecis amoventis, tanquam ingenio doctrinaque destitutum, ut non inepte Heynius conjicit in Vita Virgilii extrema.

Et de minorum quidem corruptione carminum Nostri inter omnes constat et maximam esse, et libris nihil juvantibus recte in illis opem adhiberi criticae conjecturae. Sed in tribus quoque potioribus Maronis operibus (eclogas dico et Georgica cum Aeneïde) aliquot etiam restant naevi, quos eximi ex tam pulchro corpore interest eruditorum. Quod utinam ex sententia successisset, animoque nostro ac voluntati respondisset, quo nihil incertius est, eventus! Contra sunt loci, quos sanos curando perdiderunt viri docti cum veteris ignorantia sermonis, tum incuria in eligendis meliorum librorum lectionibus, cumque praejudicatarum opinionum velut tempestatibus abriperentur. Ea nos rectae interpretationis amolientes pro virili parte impedimenta non alium ex re molesta fructum quaesivimus quam hunc, ut sine offensione legi posset vates, quem a pueris maximi fe-

cimus (*); neque malevolos quosdam curamus, qui, cum nihil ipsi multum tricando extricent, aliorum facta et dicta dente livido arrodunt. Quo genere hominum haud utiliores rei litterariae sunt illi, qui *artem musicam*, cum Afro ut loquar, *ad paucos recidere volunt*, per sequé inertes sat habent magistrorum, ne intellecta quidem saepe, verba repetere.

Quod ad specimen attinet Indicis Virgiliani hic propositum, ea in re non male operam collocasse nobis videmur propterea, quod nonnulla sunt in rebus verbisque poëtae vel parum adhuc explicata, vel in libris prolixioribus tradita, quae sub uno conspectu posuimus, servatis saepe ipsorum scriptorum verbis, ubi me-

(*) Significatae sunt istae emendationes atque suspiciones nostrae in altera Virgilii Manhemiensis editione, a nobis recognita.

VIRGILIUS VIRGILIANUS.

u

citur virtutibus, quae viri partes sunt, non infantis; neque aliud volunt vv. 37, 48 (*aderit jam*, non *adest*, *tempus*), et inprimis 53., ubi tam longam, h. e. usque ad illud tempus durantem, vitam sibi optat vates, quo tempore conspecto et ab se carminibus celebrato libenter se dicit moriturum, quamvis triginta non amplius tum annos natus.

Eclog. 5, 22. cum vulgo ita distinguatur: *Quum, complexa sui corpus miserabile nati, Atque deos atque astra vocat crudelia mater*, quo facto duplex *atque* accipiendum est pro *et, et*, cujus usus exempla desidero: interpunctionem, quae habetur in edd. Rob. et Henr. Stephanorum, Ald. 1580, Commelin. 1599, Cerdae aliisque revocavi hanc: *Quum complexa*, h. e. Quum complexa est, ellipsi usitatissima, praesertim huic nostro. Vid. index.

Eclog. 9, 21. *Vel* significat *Velut*, sicut passim, et *quae* dictum θαυμαστικῶς pro *qualia, quam egregia*, ut 3, 72, 5, 81.; tota autem oratio refertur ad verba *Quis caneret Nymphas?* quibus praestantia vatis Menalcae significata est.

Eclog. 10, 31. recentiores ita interpungunt: *Tristis at ille: Tamen cantabitis* etc. Male: nam jungenda sunt verba *Tristis at ille tamen* (dixit), ut intelligatur, Gallum, quamvis voce pene lacrimis praeclusa, tamen sic respondisse pastoribus.

Georgicorum 1, 360. scribendum putavi cum N. Heinsio ex codd. Pierii Rom., utroque Mentel., Voss. et Reg. a. m. 1.: *Jam sibi tum a curvis male tempe-*


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

273
V92
B749

futurum quid designet h. l., non id, quod fieri dicatur seu factum esse intra aliquod tempus.

Georg. 4, 294. *jacit* est *loquitur*, quemadmodum dicunt *verba seu sermones jacere* pro *loqui* et Livius scripsit 6, 14.: *Thesauros Gallici auri occultari a patribus jecit.* Subintelligendum *esse*, sicut passim, ut haec sit sententia: omnis regio dicit, certam in hac arte salutem esse.

Aeneidos 1, 340. vix dubito quin legendum sit *Imperium Dido Tyria gerit urbe profecta*, non *regit*, quo modo qui locutus sit, scio neminem. Pertinet hoc ad locum de commutatis inter se vocabulorum syllabis, inductum illum a me nuper in Vindiciis Ovid. ad Met. 15, 364.; qui fons uberrimus est corruptionis. Cf. notata ad Culic. 120. et 359, C. Sigon. ad Liv. 8, 13., et quos praeterea laudat Fea ad Hor. Od. 3, 27, 3.

Aen. 1, 636. Dure et audacia lyrica dici Heynio videtur vinum *dei laetitia;* itaque reponit, quod in paucis codd. legitur, *dii* pro *diei*, Gelliumque laudat pro ea scriptura propugnantem Noct. Att. 9, 14. Nec sane ineptum est *laetitia diei*, sed longe aptius *laetitia dei*, Bacchi, quem proclive est intelligi, cum passim audiat laetitiae dator, velut hoc ipso libro, 734., vinumque appellari soleat γάνος, laetitia. Vid. clariss. Jacobsii Annotatt. ad Anthol. Palat. p. 225. Quid ad hoc *laetitia diei*, sive significari putes dona hospitalia, sive ipsum vinum dici existimes, quod sane commemorandum est, ut ubique commemora-

tur, in describendo conviviorum apparatu, praesertim laetiore, qualis hic est? Perstitimus igitur in vulgata lectione, quam probarunt etiam Nic. Heinsius et Burmannus. Bonus vir Gellius non semel nubem pro Junone amplexus est.

Aen. 1, 742. *Hic* exhibet negotium, cum viri nomen modo positum fuerit, nec quisquam dubitare possit, quin is ipse haec canat. Quare haud nolim: — *Atlas, Ac canit* etc. Male intrusa h littera, ut saepe. Similiter supra 321: *Ac prior, Heus, inquit*, etc. qui locus conferatur totus.

Aen. 2, 275. etsi defendi potest *redit*, quia tamen sequitur *jaculatus*, h. e. jaculatus est, haud invitus reposuerim, eodem in eadem oratione usurpato tempore verbali:

Hectore, qui exuvias rediit indutus Achilli.

quam lectionem vel ii mutaverint, qui nescirent, *rediit* postremam syllabam sequente vocali recte producere caesurae causa; vel illi, qui *redit* invenissent in libris suis, pravo more librariorum, geminatas litteras semel perscribentium. Possis etiam, non mutato *redit*, legere *jaculatur* sequente versu; sed potior est altera illa ratio.

Aen. 2, 616. non de nihilo est, quod Heynius adhaesit ad verba *nimbo effulgens et Gorgone saeva*, cum *nimbus* nihil aliud significare possit quam *nubem*, qua effulgere dicitur Minerva. Legendum censeo *n. e. in Gorgone saeva*, eleganti et a Graecis petito

usu praepositionis, quem cum alii declaravere, tum inprimis J. F. Gronovius ad Senecam Tragicum. Cf. 5, 37.

Aen. 3, 4. etsi vulgatae lectioni *desertas* colorem aliquem tenuem faciunt, quae infra habentur 122. sequ., tamen nusquam alibi in Aeneïde deserta terra, sed promittitur exulibus Trojanis vel Italia, ut 2, 780, 1; 3, 163 seqq., 477, etc., vel antiqua ipsorum patria, quam desertam intelligere non licet, cum *laeto ubere* acceptura esse dicatur *reduces* versu 95. Tribuendum igitur aliquid puto codicibus nec paucis et partim antiquitate venerabilibus, in quibus est *diversas;* non quo id ipsum genuinum existimem, quod quidem si posuisset Maro, valde infans esset; sed quod latere sub illo rectius aliquod mihi vocabulum videtur. Nihil autem propius accedit ad vulgatum quam verbum *decretas*, quod ut cum altero permutaretur, causa fortasse fuit litterarum c et s majuscularum in scriptis veteribus similitudo. (DECRETAS, DECERTAS.)

Aen. 3, 48, 49. etiamnum affectos puto, cum similia similibus, more suo, librarii adscriberent. Nam ut quosdam versuum suorum, qui valde placuissent, poëtae repetierint, qualibus repetitionibus scatet Maro: non tamen vel in iisdem operibus, vel brevibus intervallis id fecerunt, causaque repetitionis parum idonea. Velut, in Virgilio ut subsistamus, verba vox *faucibus haesit* et 2. Aen. leguntur 774. et 4, 280., denique 12, 868., versusque horum medius

repetitus totus est l. l. libri 12. Sed hic intra spatium 70 non amplius versuum ut eadem bis ebulliat scriptor elegans? Quis credat, cum praesertim formido Aeneae monstrum hoc videntis jam supra descripta sit versibus 29. et sequente? Quam igitur suspicionem olim significavi ad Sophocl. Trach. 826., ea nondum dimota est, sed duplici glossemate inquinatum locum arbitror legendumque:

Tum vero ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui. Hunc auri quondam cum pondere magno etc.

Aen. 3, 456. male distinguitur in fine, cum haec una eademque sit oratio *precibusque oracula poscas ipsa canat*, h. e. *posc. prec.*, *ut ipsa can. or.*

Aen. 3, 580. ambiguitatis fugiendae causa legam potius: Aetnam imposi*tum* ruptis flammam exspirare caminis, quemadmodum Oeta et Ossa etc. masculo nonnunquam genere usurpantur, intellecto *montis* nomine. Vidd. Torrent. ad Hor. Od. 3, 25, 11., N. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. 9, 165.

Aen. 4, 149. *Haud illo segnior ibat Aeneas: tantum egregio decus enitet ore.* Quid oris decus ad segnitiem? An dedit *sequior*, ut passim *secius* pro *segnius* restituerunt viri docti? Vide 5, 862 etc. Vox Apuleji certe et Ulpiani.

Aen. 4, 169. haud scio an frigeat *malorum* commemoratio post *leti*. Quare haud nolim rescribi *laeti*, laetitiae, ut idem dies gaudium mortemque dicatur attulisse; qua sententia valde locus erigitur. Taci-

tus Ann. 12, 8.: *At Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exilii pro Annaeo Seneca, simul praeturam, impetrat,* LAETUM *in publicum rata ob claritudinem studiorum ejus.*

Aen. 4, 534. dedi *Hem* pro *En* vulgato, quod non facit ad sententiam. *Hem, quid?* habet Terentius. Vidd. lexica. Passim haec confusa.

Aen. 4, 564, sequ. duplex *jam* offendit. Puto hanc fuisse Maronis manum:

Aeneas celsa in puppi (nam certus eundi)
Carpebat somnos, rebus jam rite peractis.

nam certus eundi, intellecto *erat,* cujus verbi ellipsi nihil usitatius apud hunc Nostrum.

Aen. 4, 657. scripsi *si littora tantum Dardaniae nunquam tetigissent* etc., cum vulgata lectione *tantum nunquam* aures offenderentur.

Aen. 5, 59. temere trepidatur. Poscendi erant Aeneae venti, sive expetenda felix navigatio, ut in Italiam perveniret ad annuas ibi inferias patri celebrandas. Huc pertinent etiam Neptuno exstructae arae 639. sequ.

Aen. 5, 136. INTENTAQUE *brachia remis* INTENTI *expectant signum.* Quis ita balbutientem ferat quemquam, nedum Virgilium? Legendum puto *intortaque,* cui quam simile sit *intentaque,* sciunt, qui scriptos codd. versarunt.

Aen. 5, 487. *ingens manus,* sive Aeneae manus proprie intelligatur magna, tanquam heroïs, sive

dici existimemus turbam Trojanorum, quam statuere ille jussit malum, non adeo placet, ut nolim reponi *Ingentemque*, malum magnum, sive altum. Cf. 489, 511. Eum manu Aeneas erigens solus quam fortis fuerit, sponte colligas; pertinetque *manu* ad pingendam actionem, ut apud Horatium Sat. 1, 9, 64., Epist. 1, 11, 23., Art. poët. 269., totque aliis in locis.

Aen. 5, 810. ne bis in una oratione *cum* habeatur conjunctio, legendum fortasse est *cuperem qui vertere*, etc. Istae voculae saepissime confunduntur.

Aen. 5, 822. Quamvis ellipses amet Virgilius, abruptior tamen est oratio, quam quae suspicione careat depravationis. *Comitum* forte exaratum puto pro *comitant*, verbo Ovidiano, quod Nostro minime indignum est. Similes vel forma vel numero ductus litterarum quam saepe commutati inter se fuerint in Mss., neminem doctorum latet, litteraeque a et u non raro sibi invicem offecerunt.

Aen. 5, 850. Recte Servius. Oratio haec est: *Quid enim* (h. e. *Quidni*, ut apud Horat. Sat. 1, 1, princ.) *credam Aeneam, Auitris fallacibus et coeli fraude toties deceptus?* apparetque, *εἰρωνείαν* esse.

Aen. 5. versus 872, 73. hic posui, ut statim sciamus, sicut decet, quis loquatur verba *O nimium — arena*. Vulgo ab his incipiunt sequentem librum; sed Serv. ad 871.: *Sciendum vane*, inquit, *Tuscam et Varium hunc finem quinti esse voluisse: nam a Virgilio duo versus sequentes* (lib. 6, 1. et 2.) *huic juncti fu-*

erunt; *unde in nonnullis antiquis codd. sexti initium est* Obvertunt pelago proras.

Aen. 6, 31. adhuc legendum arbitror *omne*, quod extat in codd. Rom. aliisque multis vett. Nam quod Lucret. *omnia* sic posuit extremo versu 2, 719., non valere videtur ad idem politiori Virgilio obtrudendum. Statius Theb. 3, 626.: *Vobis ventura atque* OMNE, *quod ultra est, Pandere moestus eo.* Et ita Graeci πᾶν pro πάντα. Videsis nos ad Senec. Herc. Oet. 48.

Aen. 6, 227. haud scio an ineptum sit et parum latinum, quod legitur in libris, *socios pura circumtulit unda.* Recte, nisi omnia me fallunt, Nic. Heinsius, adstipulante postea codice Zulich.: *puram circ. undam.* Possis etiam *circumluit* secundum Macrobii libros et Maserium. Sed melius alterum. Sequente versu malim *e ramo*, ne ramum conjectum in socios existimemus. Proclivis lapsus, cujus et alia exempla extant apud scriptores.

Aen. 6, 612. non possum non probare Joh. Schraderi conjecturam in Schedis propositam: nam istos poenam non expectare modo, sed revera pendere, ex sequentibus intelligitur. Ergo rectum *expendunt*, nisi malis *exceptant*, litterarum c et p sedibus inter se permutatis, ut passim factum. Vide nos supra ad Aen. 1, 340. et ad Senec. Herc. fur. 268. Sequente v. haud cunctanter ascivi 2 Heinsii codicum lectionem *merset*, quae etiam Schradero placebat prae vulgato *mersit*, quod vix caret solecismo.

Aen. 6. post 743. versus *Quisque* et *Mittimur* eo posui loco, quo ponendos videri Heynius monuit. Quod ni feceris: oratio erit dissoluta, nec sibi constabit. Transposita autem quaedam esse tantum non in omnibus poëtis scriptoribusque vett. per oscitationem librariorium, tam manifesta res est, ut mirer quosdam hoc remedium fastidire.

Aen. 7, 543. codd. fere dant *convexa*, quod explicaturi operam et oleum perdunt viri docti. Medicei manus 1. est *conversa*, quod a Cuninghamo probatum recepit Brunckius. Sed hoc procul dubio glossema est verbi elegantioris. Moret. 2.: *connexa*, unde facile fuit eruere *connixa*, quemadmodum *niti pennis* et similia dicuntur. Idque recipere in ordinem non dubitavimus.

Aen. 7, 619. fortasse non male fecerit, si quis legat *ut coecis* etc., h. e. postquam se in interiora domûs regiae recepit, quod fecisse et clavum reip. deseruisse dicitur Latinus 600.

Aen. 7, 668. haerent in vulgata lect. *Indutus*, quam corruptam censeo, et ejus loco ponendum *Indutis*, ut dentes leonini (h. e. leonis caput) induti dicantur capiti Aventini. Georg. 3, 363.: *vestesque rigescunt Indutae*. Cf. Aen. 11, 680 sequ.

Aen. 7, 744. *Nursae* olim vulgatum restitui, cum Nursini recenseantur a Plinio 3, 12. in Sabinorum populis, quorum vicini erant Aequi sive Aequicoli, ut qui Marsos inter et Pelignos Sabellosque montes exiguum tractum incolerent ad utramque Anienis ri-

pam, donec a Romanis extinguerentur. *Nersae* nomen, quod praetulerunt, ignotum est.

Aen. 7, 804. *florentes aere cavernae* quid sibi velint, non exputo. *Fulgentes aere catervas* dixit 8, 593, idque etiam hoc loco sufficiendum videri potest, vel, quod alteri simile, *flaventes*, qui auri proprie color est, ad quem colorem quo magis accedit aeris, eo magis laudatur.

Aen. 8, 532. Suspectus locus. Cum aliqui codd. habeant *nec vero*: haud nolim sic rescribi *Nunc vero, hospes (ne quaere — ferant), ego poscor Olympo.*

Aen. 9, 270. malim ambiguitatis vitandae causa: *et* clipeum. Copulae temere nunc addi, nunc omitti solent a librariis.

Aen. 9, 812. vulgo legitur *tum toto* etc. Arcessivi lectionem duorum Burmanni codicum, quia sequitur *Tum demum* etc.

Aen. 10, 366. *quando* vulgatum friget, ut quod nihil addat sententiae; quare Parrhasiani cod. scripturam *quondam*, h. e. aliquando, praetuli.

Aen. 10, 445. audax fui reponendo *abscessum* pro *abscessu*, quod nemo est qui explicet, nec dicitur *mirari aliquo*, sed *aliquid*. Simillima haec, quam causam erroris puto; quemadmodum 11, 243. libri aliquot ostendunt *Diomede* pro *Diomedem*, quod in aliis habetur, scatentque ejusmodi peccatis Msti.

Ejusdem libri 478. non magis expediunt *Tandem*: nam *strinxit de corpore* dici ut graecum ἐπέγραψε τῷ

σώματος, non persuadet Heynius. Quid, quod friget *tandem* in actione celerrima, et cujus vix discernas partes? Admisi igitur lectionem Gothani 2.: nam quod codex ille recens et inscite scriptus esse dicitur, id non eam vim habet, ut convellatur ejus auctoritas; neque vel casu exaratum videtur *partem* pro *tandem*, vel interpretamenti habet speciem.

Aen. 10, 614. *Nempe* petivi ex codd. Bigot. et Zulich. *Namque* an sic usurpetur ut γαρ τοι, γαρ δη, vimque asseverandi habeat eam, quam *scilicet*, *utique*, ignoro, nec sola similitudine duci me patior, sed exempla ejus usûs apud Latinos requiro, quae apponere Heynius neglexit.

Aen. 10, 623. *meque hoc ita ponere sentis.* Dure haec verba explicantur ab Heynio, nec dubium mihi est, quin tam ambiguo loquendi modo alium substituturus fuisset Maro magis perspicuum. *Tendis* convenit sententiae, idque non ita dispar est verbo *sentis*, ut cum eo permutari forte non potuerit. Vel hoc igitur vel quiddam simile succedet in locum scripturae depravatae, neque later amplius lavabitur, cum praesertim Dorvill. a m. 2. habeat *ponere si vis*, quod videtur esse interpretamentum verbi *tendis*.

Aen. 11, 41. *Lacrimis* ITA FATUR *obortis*: *Tene*, INQUIT etc. Inanis ταυτολογία, cujus similes non sunt repetitiones ejusmodi verborum illae, quas nuper explicavi in Vindiciis Ovidianis ad Met. 6, 281. Duo Burm.: *sic* fatur. Inde colligas, adverbium esse suppositititium, legendumque: *lacrimis affatur*

obortis. Tene, inquit, etc. Primum generaliter significatur, Aeneam affatum esse puerum; deinde ipsa ejus verba ponuntur. Nihil planius.

Aen. 11, 95. Cur autem *ad ALIAS lacrimas?* Hostine hostis deflendus est, quem occiderit? Minime. Sententia hoc vel simile aliquid requirere videtur: *Nos alio nunc a lacrimis eadem horrida belli Fata vocant.*

Aen. 11, 171. Codd. nonnulli et vett. edd. ad unam omnes *Tyrrhenumque*, neque abesse potest copula, cum praecesserit *Tyrrhenique*. Legendum censeo *Tusculumque*, cui pro glossemate alterum fuerit adscriptum. Cf. 629 etc.

Aen. 11, 213. in ordinem recepi Franc. codicis lectionem, quae neque Burmanno displicuit. Vulgatae *tectis, praedivitis urbe Latini*, scabra est nec facile explicabilis oratio; illa est ἓν διὰ δυοῖν.

Aen. 11, 243. transversos egit viros doctos hellenismi studium, quod nimium Fea recte exagitat in Horatii sui praefatione. Nemo Latinorum dixit *Diomede* pro *Diomedem*, neque potuit ambigui causa, quod in graeco Διομήδη inest nullum. Accedit metri ratio, qua elidere prohibemur postremam syllabam in Διομήδη. Quid multa? Evanuerit forte apex ejus syllabae, ut 10, 445, perstandumque est in lectione plurimorum librorum *Diomedem*.

Aen. 11, 373. Corrupere poëtam (pace tantorum virorum dixerim), qui, scripturam librorum omnium mutantes, *Et iam* dederunt pro *Etiam*. *Etiam*

hoc loco est *hortantis adverbium*, ut ait Servius, seu potius indignantis, quod in interrogationibus frequens etiam imperativo nonnunquam jungitur, velut Plautus dixit Bacch. 1144.:

ETIAM tu, homo nihili, quod di dant boni, CAVE culpa tua amissis.

Aen. 11, 781. Quid est, quod Camilla *ardere* dicitur *amore spoliorum et praedae per agmen totum?* Leviter affectum puto locum, et sic legendum:

— unum ex omni certamine pugnae
Caeca sequebatur totumque incauta per agmen,
Foemineo UT praedae et spoliorum ardebat amore.

Aen. 11, 831. male sublectus videtur in fine Aeneïdos: nam mors satis descripta in praegressis.

Aen. 12, 48. *Pro me* cur bis dicitur? Malim equidem: *hanc, praecor, optime, promte Deponas.*

Aen. 12, 144. Libri *Magnanimi Jovis ingratum ascendere cubile,* versu elumbi, quanquam haud nescio, quam licentiam Metrici concedant poëtis in verbis a praepositione incipientibus; sed necessitate ejus rei urgente nulla id auxilii expetendum non arbitror, cum praesertim tritum librarii ordinem verborum secuti esse more suo videantur.

Aen. 12, 218. Cruciantur interpretes, dum corrupta explicare student. Male libri *aequis*, recte Schraderus et lenissima medicina *aequos*. Etiam sequente v. peccatum est, nisi quis dicat, quam rem adjuvisse tacito suo incessu dejectisque in terram oculis videatur Turnus. Legendum videtur

Haud juvat, Haud erigit Rutulorum animos. Saepius confusa *Haud*, *aut*, *ad* etc.

Aen. 12, 232. Hoc est: Et infensa Turno Etruria, fatales manus. Fatales autem manus Etruscorum dicuntur propterea quod fato iniquo factum esse videbatur, ut Mezentium hospitio Turnus excipiens odia in se totius Etruriae converteret, Aenea jam opem ferentis, cum Diomedes a foedere cum Latinis jungendo abhorruisset. Probus itaque versus, neque in suspicionem adducendus.

Aen. 12, 401. Cum populo Paeonum nihil hic debeatur, sed mos dicatur medicorum, *Paeonium* autem (Παιώνιον) u longum habeat, haud scio an legendum sit *Paeonem in morem*, quam lectionem illâ fuerint interpretati, *Paeon mos*, ut *Romula gens*, *heroas sensus* etc.

Aen. 12, 659. *tui fidissima* dubito an sit latinum, praeferamque sane *tibi fid.* Scripserint forte *tiui*, ut saepius b et u litterae confusae sunt; hinc error.

Aen. 12, 739. Cum *Vulcania* dixerit, quid attinet subjicere *dei*, quasi quis deum esse Vulcanum nesciat? Suspicor, a poëta profectum esse *arma adeo ad* etc. Origo vitii repetenda videtur a scriptura continua et more librariorum bis positas easdem litteras semel exarandi, quem morem etiam supra attigimus in nota ad 2, 275.

Aen. 12, 802. Locus affectus: nam quod placebat Heynio, verba *et mihi curae saepe tuo dulci tristes ex ore recursent* hoc significare *nec toties me quere-*

lis tuis fatiges, id quo modo fieri posset, vellem ostendisset vir eruditissimus, cum *tacitam* Junonem dolori indulgere suo nolit Jupiter. Aen. 1, 652.: *Sub noctem cura recursat*, h. e. Sub noctem curae denuo meminit. Et similiter Tac. Hist. 2, 78.: *Recursabant animo vetera omnia.* Sil. 6, 555.: *Captaeque recursat Attonitis arcis facies.* Eâdem sententia h. l. legendum censeo:

Nec te tantus edat tacitam dolor, UT mihi curae
Saepe tuo dulci tristes ex ore recursent.

h. e.: Cave tacito dolore tam vehementer afficiare, ut saepius obversetur ante oculos meos curarum tristium imago in ore tuo dulci conspectarum, cogarque earum meminisse, etiam cum nolo. Sic expedita omnia, idque unius litterae dispendio et verbis inter se commutatis, quae centies fraudi sibi invicem fuerunt.

Aen. 12, 893. dedi *clausumve* pro vulgato *clausumque*, quod alienum a mente loci: nam diversa sunt volare et terra condi. Istae voculae nulla non pagina miscentur.

Culicis statim in limine impingitur: nam quid sibi volunt istaec versu 4.

Omnis ut historiae per ludum consonet ordo
Notitiae?

aut quis *notitiae historiae* dictum putet cum Scaligero pro *notitiae historicae*, quod ipsum prosaïcae convenit orationi, poëticae Virgiliique non convenit? In-

ter turbas et conatus librariorum atque interpretum insistendum censeo lectioni nonnullorum librorum *Nutritae*, ex qua male feriati quidam homines fecerunt *Nutrices*, cordatiores, sed ipsi quoque a scopo aberrantes, *Notitiae*, quod nunc legitur, cum melius videretur aliquid ponere, quod intelligi posset, quam sensu cassum? Verum sexcenties commutatae inter se sunt o et u litterae; sexcenties apex periit compendiorum; quis igitur dubitet, *Notritae* degenerasse in *Nutritae*? Sane legendum est *Non tritae*. Hic noster Georgicorum 3, 3.:

> CETERA, *quae vacuas tenuissent carmine mentes*,
> OMNIA IAM VULGATA: *quis aut Eurysthea durum*,
> *Aut illaudati nescit Busiridis aras?*
> *Cui non dictus Hylas puer* etc.?

h. e. quis nescit Herculis facta, quis Argonautarum etc.? Ista et quae versibus 26 seqq. commemorat, omnium sermone *trita* erant et a multis poëtis ad taedium usque decantata; sed mors Culicis non magis trita, quam Batrachomyomachia, cui simile fingere volebat fortasse scriptor carminis, quisquis fuit. Versu 9. parum placent *securi* FRUCTUS, non quo dici nequeant securi, quos tuto possis carpere, sed quod fructus hic nihil aliud sunt quam carmina, nec poëta dicens, posteriore tempore se gravius quid locuturum, cum tempus concesserit secure loqui, ut digna Octavio polire seu scribere possit carmina, crimen effugit perplexae et ταυτολόγου orationis. Legendum videtur *fluctus*, fluctus bellorum civilium, et

accipiendum *fluctus securos* per hypallagen satis usita tam pro ipso poëta securo a fluctibus. Horatius Epist. 2, 2, 46.:

Dura sed emovere loco me tempore grato,
Civilisque rudem belli tulit aestus in arma.

Od. 2, 7, 15.:

Te rursus in bellum resorbens
Unda fretis tulit aestuosis.

Et sic passim. (*) Vers 21. non male Heynius *canentis* pro *tenentis*. 34. lenius est *et* addere extremo versu, quam inserere medio sequente post *Phoebo*, ut placet Heinsio aliisque. Saepe locum eum tenet copula, nec raro periit. 35 seqq., ne longi simus, sic videntur legendi:

Et tu, sancte puer, memoraberis, ac tibi certa est
Gloria perpetuum Latii mansura per aevum;
Et tibi sede pia maneat locus, et mihi sospes
Debita felices memoretur vita per annos,
Grata bonis lucens.

Et tu, Etiam tu, cum tempus permiserit. Cf. 9. Verba *latii* et *lucis* persimilia in multis aevi medii Mstis. Dictum autem Latium pro imperio Romano, ut potior ejus pars. Ovidius: *Quo nullum Latio clarius extat opus* etc. Vulgata *et tibi sospes* etc. frigere mihi videntur. Subinde mixta haec pronomina in

(*) Possis etiam *fluctus* ita accipere μεταφορικῶς, ut *aequor* ap. Hor. Od. 4, 15, princ. (*Phoebus — increpuit lyra, Ne parva Tyrrhenum per aequor Vela darem.*)

libris. Dicitur autem Octavii vita, sospes ei debita, quam, ἀγαθοῖς φλέγεσαν, ut ait Aeschylus apud Scaligerum, poëta optat ut sibi memorare carminibusque celebrare liceat per annos felices. 56. fort. leg. cum Heynio:

Imminet e ripa prostante in imaginis umbram.

58. recte vett. edd. *illi*. Lege:

O bona, pastoris si qui non pauperis usum
Mente prius docta fastidiat, et probet! Illi
Omnia luxuriae spretis incognita Curis,
Quae lacerant avidas inimico pectine mentes.

et probet, sed probet, ut adversari solet copula. Vide Horat. Tursellin., I. M. Heusinger. ad Phaedri fab. 1, 3, 2 etc. *Pectine*, πλήκτρῳ, flagello, vel simili instrumento, ut late patet usus vocabulorum πλῆκτρον et *pecten*. Vulgatum *pectore* ferri nullo modo potest, nec placent, quae aliis, *foenore*, *foedere*, *pignore*. 66. nec *Boeti* nomen tolerabile est, nec *Boëthi* metro convenit. An fuit *Bedae*, de quo Plin. H. N. 34, 8. non uno loco? 79. *procul* absolute positum est, ut saepius, h. e. procul a loco, in quo nunc versatur scriptor, urbe: nam ruri eum non degere, ex praegressis colligas. Sed *probando* nullo negotio mutandum in *probandas*. Beatissimus dicitur is, qui agnovit, probandas esse opes non avidas, non insatiabiles, non immodicas. 94. recte N. Heinsius: *Frondis Hamadryadum*. *Gratissima frondis Tempe* graeco modo loquendi dictum pro eo, quod est: gratissima pro-

pter frondem Ham. Idem: *quorum*, non *quarum*, ut libri, quod ad proximum nomen Hamadryadum retulerunt, qua saepe sunt oscitatione, descriptores. Mox *apricas curas* ne ipse quidem probo, et reponendum censeo *amicas*, quod isti simillimum, sententiaeque tam aptum, quam quod maxime. 100. verius fortasse est *Tenditur evectus*. Codd. *Tendit in evectos*, *Tendit et evectus*, unde efficias etiam *Tendit et evectos*, quod non deterius Aldi et vulgata lectione. 105. N. Heinsio legendum esse videbatur: *lymphae*,

Quae subter viridem saliebat garrula muscum,

et recte quidem, nisi quod ponendum potius est *resilibat*, h. e. *resiliebat*, ut alibi Virgilius dixit antiquo more *lenibam*, *nutribam*, Catullus *custodibam*, Terentius *servibam* etc. 113. nihil melius reperio Fabriciana conjectura

Posterius poenam gnati de morte datura.

119. *chorea* — *fundentes*. Synthesis, ut monet Heyn. 120.

Ipsa loci natura domum resonante susurro
Quis dabat, et dulci fessas refovebat in umbra.

Quid, quaeso, *domus* ad *choreas?* Sub dio saltasse dicuntur Panes et Satyri cum Nymphis, natura loci *resonante susurro* nemorum ac fontium non *domum*, sed *modum* dicitur dedisse, h. e. fecisse, quemadmodum *turbas dare* legitur apud Terentium, et apud ipsum Maronem A. 2, 463.: *qua summa labantes*

Juncturas tabulata dabant, et 482. *ingentem lato dedit ore fenestram*, ad quae loca vid. Servius. *Modos* autem *facere* notum e didascaliis Terentianis. Pertinet σφάλμα ad permutata syllabarum initia. Cf. notata ad A. 1, 340. Dein legendum *fessos*, siquidem non Nymphas modo, sed etiam Panas Satyrosque fatigatos fuisse saltando consentaneum est. 128. recte Heins. *implexae*, et sequente v. Schraderus *pandebant*, adstipulante Heynio. *Tenti rami*, bene se habent, ut in quibus pandantur atque explicentur velamina. 130 seqq. Locus tantum non conclamatus ac depositus. Haec in mentem veniebant:

Post etiam cui, Demophoon, aeterna relinquis
Proh! fidei lamenta tuae, male perfide, inultis,
Perfide Demophoon et nunc deflende puellis.

h. e.: Etiam adfuit Phyllis in amygdalam mutata, cui tu postea (diu post Phaëthontem, utpote post excidium Trojae), aeterna fidei tuae lamenta relinquis seu reliquisti, o Demophoon, male perfide etc. In quibus *Post etiam* pro *Posterius* et *inultis* N. Heinsio, *lamenta* pro *lamentandi* editori Gottingensi, *deflende* Scaligero, reliqua debentur nobis, quae in medium attulimus, ne ἀσύμβολοι advenisse videremur, misereque habitum scriptorem *male* etiam *ipsi perfidi* deseruisse. 135. Fabric. Heins. Schrader.: *addita*. Sequ. versu *hirsutaque taxus* erat in Ms. Koeler., cui lectioni quo modo Heyn. adversari dicat versum sequ., non intelligo. Quo quidem N. Heins. recte scripsisse

videtur *Ac petit* pro *Appetit*, et mox *nec laeta cupressus* pro *et l. c.* 139. malim *movent fagus*, h. e. moventur, cum praesertim in Voss. legatur *monent*. Nec displicet Jacobsii, viri eruditissimi elegantissimique, conjectura *patent*. 145. Schrader.:

Carmina per vacuos edunt resonantia campos,

quo nihil aptius verisimiliusque invenio. Sequentia, nisi suppositia sint, expedientur fortasse sic legendo:

His suberat gelidis manans e fontibus unda,
Quae levibus placidum rivis sonat acta soporem;
Sed quaqua geminas avium vox obstrepit aures.

Sonare liquorem quid sit, parum perspicio. *Quaqua* pro *quanquam* placuit Barthio Adverss. 20, 23., h. e. ab omni parte. 161. scriptor fortasse dederat:

Ni Fors incertos jussisset ludere casus.

Ludere passim dicitur Fortuna. Mox Heins.: *Obvia vibranti decerpens* (vel *detergens*) *gramina lingua;* Schrader.: *O. v. carpens gravis* ore trilingui; uterquo ingeniose; sed ferri posse videtur vulgata, si *gravis aëra* sic interpretemur: *gravis quod ad aërem seu spiritum serpentis attinet*, gravi anima praeditus. Cf. 175. 174. malim *conten- dere*, et 176.: *Saevius arrepens*, hoc quidem cum Scaligero. 184. seqq. certe intelligi quodam modo possent, si sic legeretur: *namque*

Qua diducta genae pandebant lumina: gemmans
Hoc senioris erat mature pupula telo
Icta levi, qui prosiluit etc.

genae, palpebrae, ut intelligatur, ictum fuisse hominem a culice in interstitio palpebrarum. *Mature*, in tempore. Mox haud reprehenderim legentem *cui desitus* etc., desitus, qui cessavit. 192. Fortasse secundum Ald. et Schraderum: *Quam casus sociarit opem numenve deorum, Prodere sit dubium*: nam medius versus haud dubie a glossatore profectus est. Quae sequuntur, non omnia attingo, sed feliciori medico curanda trado. 196. legi posset: *frondemque* (ramum, truncum, quo percutiebatur a pastore) *petentis Ictibus ora ferit* —;

Et quod erat, tarde somni languore remoto,
Nescius, an species tantum accessisset ad artus,
Hoc minus etc.

Ora (ut Scal.) et *ossa* etiam alibi confusa propter r et s litterarum in multis aevi medii libris similitudinem. *Species*, *εἴδωλον*, imago somnii. 210. sequar equidem vett. edd., in quibus est *Quis meritis*; deinde legam cum N. Heinsio: *aut quo delatus*, h. e. quò forte scelere admisso, et mox cum eodem: *per inania Averni*. 216. vett. libri cum scripti, tum excusi *Videt*, *Videt et*, *Vidi ut*, et *Lumina cum lucent*. Legendum puto:

Praeda Charontis agor, vidi et flagrantia taedis
Lumina, quis lucent infernis omnia templis.

Infernis dedit Domitius Calderinus, quod merito arridebat Heynio. 227. Egregie Jacobs.: *Justitia et prior illa Fides*. Nec male Heins.: *Instantia vici* etc.

241. idem rectissime: *Vix ultimus amni Extet.* 242. Nihili sunt ista *in omnia.* Legam:

Gutturis urenti revolutus inanis ab orsu.

vel *arenti* cum libris, eadem sententia. Audacius etiam Heyn.:

Gutture ab arenti revolutis fluminis undis.

247. seqq. utcunque restituantur legendo:

—— *Erinnys.*
Sic et Hymen praesaga dedit connubia mortis,
Atque alias alio densât super agmine turbas,
Impietate fera vecordem Colchida matrem,
—— ——
Tum Pandionias etc.

Praesaga certa, ut opinor, conjectura Heynius. 252. Heins.: *Q. v. cit Ityn, et Ityn quoque Bist. rex* etc.

261. *Comites* Proserpinae heroïdes non sunt ferendae, nec mirum, obscuram visam fuisse Heynio sententiam. Videtur sic legendum:

Obvia Persephona immites Heroïdas urget
Adversas perferre faces; Alcestis etc.

Heroïdibus, quales sunt Danai filiae et Medea, obvia est Proserpina, arcetque eas ab amne Elysio et perferre cogit adversas Furiarum faces; at Alcestis securum agit aevum etc. 265. seq. fort.: *Ithaci semper ducis Icariotis Foemineum incorrepta* (a Furiis) *decus* etc. 268. sequ. fort.:

Quis misera Euridice tacito moerore recessit,
Poenaque respectûs aeternum in te manet, Orpheu.

Quîs, a quibus, procis et ceteris damnatis apud Inferos, inter quos damnatos Orpheo perdurandum est, quia jussum Plutonis migravit. 274. jungenda sunt *Tartara cruenta*. 281. Heyn.: „Interpolatio," inquit, „h. l. grassata est: *steterant amnes* jam praecesserat v. 277. Heinsius conjecit *sequiturque comes*; tum mavult *sonoros*." Et hoc quidem recte; sed altera viri optimi conjectura nimis aberrat a scriptura codicum. Legendum sine controversia:

Jamque imam viridi radicem moverat alte
Quercus humo, steteratque amens, *silvaeque* sonoros
Sponte sua cantus rapiebant cortice amara.

amens, stupefacta. 285. verba *nocte relicta* ita interpretatur Heyn., ut *cursum* intelligat, *quo noctem* dea *efficit regitque*. Mihi durum id videtur, nec tamen probo Marklandi commentum *nocte relecta*, quod abhorret a sententia loci, sed *noctem* significare existimo *nubem*, qua relicta seu discussa passa est Diana *se contigi lumine claro*, ut loquitur Catullus carmine de Pelei Thetidisque nuptiis extremo. Noster Aen. 3, 194.:

Tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber,
Noctem *hiememque* ferens.

Et Georg. 1, 328.:

Ipse Pater media nimborum in nocte *corusca*
Fulmina molitur dextra.

Et Aen. 4, 123.: nocte *tegentur* opaca, ubi nubibus obtentum obscuratumque coelum intelligitur. Ne-

que inepte sic accipias Homericum illud Iliad. 1, 47.: *ὁ δ' ἥιε νυκτὶ ἐοικώς*, et conjungi solent *nox* et *nubes*, tanquam similia, velut Horatius dixit Epist. 1, 16, 62.:

Noctem *peccatis et fraudibus objice* nubem.

Sed veram etiam noctem intelligas licet, cujus remota caligine conspiciendam se dedit diva, cui sententiae contrarium est, quod dicitur Aen. 4, 570: *Sic fatus nocti se immiscuit atrae.*

287. *Non fas, Non erat in vitam divae exorabile numen.* Consisa oratio, sed vitio carens. *In* finem actionis indicat, ut passim. *Exorabile in vitam*, exorabile ut vitam daret seu concederet, quale numen negat esse Proserpinae. 310, 11. Heins.:

Ipsa jugis namque Ida patens vernantibus, ipsa
Ida faces altrix cupidis praebebat alumnis.

Sed *Aequa* ferri potest, h. e. propitia.

318.

Ignibus hic telisque super, si classibus Argos
Eripiat reditus.

Recte Heins. *taedisque*, quae vocabula etiam Senecae Herc. fur. 1236. alibique confusa sunt. Difficilius est judicare de fide verbi *super*, quod mendo laborare Heynius putans legendum conjecit *furens*. Verius fortasse, certe lenius, est *subit*. 341. Joh. Schraderus: *Tenderet evectus*; sed hoc *σολοικίζει*, quia sequitur praesens tempus *Frangitur*. Malim itaque *Iverit evectus*. 344. sollicitanda non sunt verba *Nereïs ad*

undas Signa dabat, h. e. apud undas, tanquam dux bellicus. Dein coepta nova sententia legendum, secundum Ms. Koeler.: *Pars* (undarum seu pelagi) *inflexis superata* (est) *carinis: Quum* etc. 349. repono *undae* et v. sequ. *certant*, quia sequitur Corruere et sol *his* (nam sic leg. pro vulgato *iis*) et sidera cuncta minantur. 352. fort.: — *minantur, Ut venit in terras coeli fragor; ac modo laeta* etc. 359. miror Heynium parvi pendere N. Heinsii et Friesemanni emendationem. Quid, quaeso, est *Heroës*, — *Omnis Roma decus magni quos suscipit orbis?* Verum est, si quidquam aliud, *suspicit*, miratur, veneratur, annumerandumque hoc vitium iis, de quibus monui ad Aen. 1, 340. 366. Heins. et Burm.: *Finitimi*, nec male, quidquid dicit Heynius, cui quae placent, *Clusini, Etrusci, Tyrrheni*, immane quantum absunt a vetere scriptura. Non ita in promtu est dicere, quo modo vox loco aptissima mutari in ineptissimam potuerit; nec diffiteor, eam solam ob causam diffidere me virorum doctissimorum conjecturae, malleque propemodum

LUCMONIS *cessit cui fracta potentia regis.*

Regis Lucmonis, seu Lucumonis, Porsenae. Rarius nomen ansam praebuerit corruptionis, nec litterarum ductibus valde differunt *Lucmonis* et *Legitimi*, constatque o et g saepius mixta esse in codicibus. Propert. 1, 29.:

Prima galeritus posuit praetoria Lucmo.

De Lucumonibus Etruscis, e quibus Porsenna fuit, omnia in vulgus nota. 367. fort., expuncto versu 369., qui glossemati simillimus est:

Hic Curius clarae socius virtutis, et ille
Flaminius, devota dedit qui corpora famae,
Illic, Scipiadaeque duces etc.

Famae enim legendum puto, intelligendumque C. Flaminium, iterum consulem, qui periit proelio ad Trasimenum. *Corpora*, corpus, ut alibi non semel.

374. seqq. legendum censeo:

—— *qua, maxime Minos,*
Conscelerata pia discernis vincula sede,
Ergo iam causam mortis me dicere *junctae*
Verberibus saevo cogunt ab judice Poenae.

Vinctae vulgatum nemo expetit, neque apta sequentibus Petaviani cod. et veterum edd. lectio *vitae*. Saepissime mixta haec vocabula. 378. sequ. Codd. scripti: *Nec tolerabilibus. Non* et *nec* subinde confusa in libris. Rescribam equidem:

Quum mihi tu sis causa mali, nec conscius adsis
Non tolerabilibus curis. Haec immemor audis etc.

Veterum quidem edd. scriptura *adsis*, *Sed tolerab. curis haec immemor audis* soloeca est, legendumque *audias*; verum id versui refragatur. 379 sequ. Quidni legamus:

—— *Haec* (vel *Haecne*) *immemor audis*
Et tanquam vani dimittes somnia ventis?

Vetus lectio est *Et tamen in vanis dimittes somnia* v. *Vani*, mendacis, culicis. 385. Malim *sollicitae* d. *inertia vitae*. Descriptio haec somni. Notum Flacci illud *Ducere sollicitae jucunda oblivia vitae*. 386. Fort.:

Interiusque gravat mentem aegror, nec tulit ultra etc.

400. fort. *Parthica* cum Scaligero: *est enim*, inquit Heyn., *myrti genus philadelphum, quod apud Parthos inveniri Athenaeus tradit*. 403. Heins. *turba*, quod placet.

Jamque ad *Cirin* itidem curis nostris utcunque expoliendam accedamus, quae non minus depravata est. Cujus versu 5. et proximis, cum P. Leopardi vett. edd. apud I. Nic. Leonsem Epiphyll. 8. 23, habeant *Non me ea curat eo dignum se cudere carmen*, sic legendum censeo;

—— —— *umbra*,
Nec mea cura adeo dignum scit cudere carmen
(Longe aliud studium atque alios accincta labores
Altius ad magni suspendit sidera mundi,
Et placitum paucis causa est ascendere collem):
Non tamen absistam coeptum detexere munus,

Ista parenthesis vere Virgiliana est: vide notata ad Georg. 2, 37. 12, 13. Fort.:

Quodsi munificae proferre valent genus omni
Mirificum seclo: modo sit tibi velle libido,
Si me etc.

h. e.: Quodsi Musae munificae meae valent in notitiam hominum adducere seu celebrare genus (Vale-

riorum) omnibus reip. Romanae seculis mirificum: modo libeat tibi, Messala, id velle. 21. malim *magna*, quibus respondeant *non magna exordia* v. 47. Alioquin etiam nescias, quid peplo intexere cogitet poëta.

40. recte, nisi fallor, Jo. Schrader.: *exterrita amoris*: nam fuit Scyllae amor portenti similis. 58. Legi posset *Illam esse aerumnam, quam saepe* etc., ut ipse Scylla vocetur aerumna, h. e. pestis, exitium. *Saepe* cur displicuerit Schradero et Heynio, non intelligo. Saepe legi solet Homerus, saepe igitur etiam illa historia de Scylla. In versum 63. et alios similiter corruptos, qui deinceps sequuntur, incumbere nunc non vacat. 70. Heyn. malebat: *Sive est Aeaeis speciem mutata venenis.* 89. Heins.: *Quidquid et* (vel *id*) *est, tali quod quis de c. l., Somnia sunt.*

174. fort. *de nocte.* 175. Broukhus.: *amores*, stellas, in quas mutatae olim virgines. 186. Heins. *astuto.* Malim equidem *Argivo*, Graeco, quem minime expectaris hostem esse itidem Graeco, qualis erat Nisus. 214. Fort.: *bidenti Ut vadit: demtae subita form.* etc. 216. Fort.: *Jam, qua* etc. 218. Heins.: *S. ad celsi.* 248. *istis.* Fort. *isse*, et sequente v. *senio* pro insulso *scoria*, cum viro quodam docto Misc. Observatt. 4. p. 323. 266. Scriptum fuisse videtur:

Dicam equidem: quoniam fictum me dicere, nutrix,
Non sinis.

288. Leg.: *Semperne aut*, et *portabit* sequente versu. 293. Fort.:

Jam, jam nunc nobis ab! quae (vel *ecquae*) *senioribus ullum*
Copia vivendi vitae genus?

315. Recte, ut opinor, Heins. *lepore*, et 327. *feraris*. 328. haud nolim:

Nunc ergo, infectum fieri quod non potè, conor
Flectere: ama, neque etc.

338. fort.: *comites, o alumna*, correpta interjectione ante vocalem litteram. Vid. index. 343. Heyn. *aptare*, quod probabile. 345. Lege *crebrosque*, ut haec certe connectantur. Sed totus locus ita se habuit fortasse in αὐτογράφῳ poëtae;

Incipit, haud crebrosque insani pectoris ictus
Fert anus, assiduis mulcens praecordia palmis.

350. Heins.: *Egelida v. jamjam quat. ab O.* 374. *Stygialia*. Inaudita vox, neque librorum, sed Scaligeri. Libri *frigidula*. Lege:

Inde Jovi geminans (vel *ingeminans*) *magico furialia sacra* etc.

378. Malim *pellacia*. Verba saepius confusa. 380. fort. leg. *caventi* cum Heynio. 383. seqq. ponendum esse suspicor:

Jam longo optat quoniam succurrere amori.
Nec minus illa tamen revebi quoque moenia Cretae (sic Scal.)
Gaudebat: cineri etc.

408. Fort.:

Vos Pandionia (ut Heyn.) *si quae de gente venitis,*

si quae, quia Procne et Philomela potissimum intelliguntur. 410. Rectum foret *quod haud salva licuit te dicere, Procne*, quia dudum Procne in avem mutata fuit. 455. Heyn.:

Sit satis o (sic Heins.) *tantum miseram vidisse malorum.*

Certe *solam* friget. 466. malim: *Insessumque feris.* Verba *ferus* et *suus* identidem inter se commutantur. Vide interpretes ad Ovidii Met. 1, 159, nosque ad Senecae Phoeniss. 23. et passim cum in isto opere tum in Vindiciis Ovidianis. 473. Heyn.: *Sunion hinc, statio* etc. 478. idem: *Et Diam et Siphnon sement.*

481. Heins.: *Afer ut hib.* 482. Possis:

Donec tale decus formae vexarier aequor
Non tulit et miseros mutavit virginis artus;

ut ipsum aequor Scyllae misertum sit. Sed Heynius: „Ecce," inquit, „visum objicitur novum et dignum conjectore apud Jul. Sabinum. Ubi Seriphon et Dionysam memoravit, porro legitur: Aegos *pro Aegaeo mari ponitur, quod etiam Valer. Flaccus usurpavit:* Et quanto fremitu se sustulit Aegos. *Nota haec vix alio quam ad hunc versum spectare potest, legitque adeo in libro suo Sabinus pro* aegros Aegos, *quod pro Aegaeo mari dictum vult. Hoc quidem perperam: nam Aegaeum mare mythice non per* Aegon, *sed per gigantem* Aegaeonem *repraesentatur; sed idem* Aegaeon *etiam* Aegan effertur, Αἰγαίων, Αἰγάων, Αἰγὰν, *ut* Titan *ex* Titaeon, *a Titaea, matre. Ita etiam meliores libri apud Valer. Flaccum loco laudato, qui est lib.* 1, 629., *exhibent*

Aegan, *ubi vid. Voss.*" Hactenus bene vir doctissimus; sed quod addit: *Nec tamen quicquam prodest ad sensum, si legere velis et in nostro* Aegan, aliud egisse videtur, cum id scriberet: nam aut *aequor* legendum est, aut *Aegan*, nisi quis abesse gigantem malit, cum nihil afferre videatur auxilii, omniaque haec ad Amphitriten referens jubeat sic legi:

Donec tale decus vexarier aequore formae
Non tulit et miseros mutavit virginis artus
Caeruleo pollens conjux Neptunia regno.

Verum equidem reponendum censeo nomen *Aegan* et hoc loco, et apud Stat. Theb. 5, 56, ubi vulgo habetur *Aegon*, quo modo Ἀλκμὰν pro Ἀλκμαίων dicitur apud Pindarum Pyth. 8, 66, 80.: nam Αἴγων derivandum esset ab Αἰγάων, ut Ποσειδῶν a Ποσειδάων.

496. fort.: *utque undique mutabantur: Oris* etc.

505. rectius fuerit: — *pennas, Inde aliae partes* etc.

529. fort.:

Reddidit ablatam mutato corpore vitam.

532. pessime libri Mss. et cusi: *deorum. Duorum,* Nisi (nam *patrisque* pro *gnatique* legendum vidit Heyn.) et Minoïs, judicio damnata erat Scylla; sed unum tantummodo, patrem, odio suo persecuta est.

Catalectorum 5, 6. Oudendorp. legebat, metri causa: *qua jam adsim tibi.* Malim: *quis,* ira, furore, lingua. Non semel haec vocabula confusa: vid. C. Fea ad Hor. Epod. 2, 21. *Adsim* in malam partem,

ut *addita* Teucris Juno A. 6, 88. 7. legendum videtur cum Scriverio *Ei* vel *Hei prost.* 21. seqq.:

Nec te moveri, elumbis, *in* crocotula (Heyn.)
Prensis videbo alaribus. (Scal.)
Flavum prope Thybrin, atque olentes nauticum
Vocare etc.

Alaribus, πτερυγίοις, alis crocotae vestis, quas ille muliebriter vestitus adducit, ne saltantem impediant, ut recte Heynius interpretatur. 29. ponendum puto *et salivosis aquis*, ut dapibus homo istis repletus dicatur, quae, quamvis sordidae, salivam ei adhuc moveant. 31. malim *docta* pro *docte*, sed eadem sententia, ne versus ruat. Statim Colvius ad Apul. et Burm. *Olusque* pro *Os usque*, quod alienum.

Catal. 7, 6. recte Heins. *Musarum.* 11. fort.:

Ite hinc, Camoenae, vosque limine a saevo;

vosque, vos quoque. *Saevum* seu severum *limen* dicit philosophiae.

Catal. 8, 6. fort. legendum *Atque hoc*, et 8. *Quinctius*, sequente autem versu *obtudisse*, ubi vulgatum attondisse metro adversatur. Eadem maxime de causa 16. non invitus dederim *reposuisse.* 22. Heins.: *Paterna lora* buxeumque *pectinem.* Malim, ut lepidius leniusque, *proximique*, ut a patre lora se accepisse Sabinus dicat, proximi vero seu vicini pectinem furatum esse.

Catal. 11, 7. fort. *nostris*, Romanis. 33. sequ. legendum:

Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
Immiti *expertae fulmine et imbre Jovem,*

non *Immitti,* quod frustra defenditur. 39. fort. *donarunt* (dei). Cf. 21 sequ. 44. Quid, si legas:

Tam procul ah! grata, *tam procul* a *patria.*

Litterae g et c, r et n, a et o quoque, mixtae saepius, nec semel h male intrusum turbas dedit. 51. fort.:

Caedere nunc Afrae (vel *Afrûm*) perjurae *millia gentis.*

Perjurae etiam Oudendorpio in mentem venit, eoque ducunt libri, qui *perjure.* 53. fort.: *quaerere partem,* et mox, perspicuitatis gratia: *Ipsa has* (laudes), *ipsa* etc. 61. posuerim:

Ad laudem adspirare humilis si audere Camoenae,
Si patrio Grajos carmine adire sales
Possumus.

Catal. 13, 10. Casaub.: *tam.* Fort.:

Clio tam cretâ *candida non loquitur.*

cretâ candida, cretâ notata, probanda.
Moreti 8. recte Scal. et Heins. *fomes.* 15. fort.:

Et reserat clausi, quo providet, *ostia clavi.*

Certe *clausi,* a *clausum,* recte se habet, neque obtemperandum Heinsio, *caveae* reponenti. *Quo providet,* quo clauso sibi prospicit, repositis ibi rebus ad vitam necessariis. 23. rectissime Heyn.: *geminumque mo-*

larem. Excudi jussimus in ed. Manhem. 65. legendum fortasse *pauca* pro *plura*, quod abhorret a sententia loci. Ms. Helmstad. habebat *multa*, quod glossatoris. 71.

Vicinos apte cura submittere rivos.

Corrupta haec, et quidem, nisi omnia me fallant, male intellectis verborum compendiis, litterisque f et p, nec non a et u, v et r, denique o et a, inter se commutatis, quod saepe factum. Legendum autem censeo:

Vicinoque a fonte cavos submittere rivos.

scriptum fuerit *aponte*, *aparte*, *aperte*, *apte*. 77. libri:

Plurima surgit ibi crescitque in acumina radix,

quem versum cur in ordinem Heynius non receperit, cum in tribus minimum habeatur Mss, nescio. Ceterum legendum:

Plurima surgebat crescens *in acumina radix.*

96. Heins. *stramine.*

Copae v. 12. malim *trepidans*, festinans. Pinguis oratio *strepitans rauco murmure rivus aquae.* Horatius Od. 2, 3, 11.: *obliquo laborat*

Lympha fugax trepidare *rivo.*

13. Burm.: *Sunt et Corycio.* 25. rectum est *Calybita*, et sequente v. Is. G. Vossii commentum *Ve-*

stae, quas emendationes etiam Heynius aliique probant. 36. malim *coronando*, sepulcrali. Istae formae verborum proprie dictorum non raro miscentur. Vide Vindic. Ovid. ad Met. 1, 190.

INDEX.

Not. Lib. 6. Aen. nobis numeratur a. v., qui vulgo 3. est, de quo vide ad eum locum.

Ab Jove principium Musae E. 3, 60.
abolescet, peribit, A. 7, 232. Lucret. 5, 732.
Abydus, urbs Asiae ad Hellespontum sita, etiamnum ostreis nobilis (Guys Voyage litter. de la Grèce 2. p. 238.), G. 1, 207.
a vertice, desuper, ex alto, G. 2, 310.
ac, et quidem, A. 2, 626. Terent. Eun. 5, 3, 6.
acalanthis sive acanthis, carduelis, avis, G. 3, 338.
Acamas, Thesei fil., A. 2, 262.
acanthus, arbor e spinarum genere, alia Aegyptiaca, alia Arabica, Mimosa Nilotica Linn., vulgo acacia, unde gummi Arabicum colligitur. G. 2, 119. herba E. 3, 45 etc.
accingunt, accinguntur, A. 2, 235.
Acerrae. vid. Clanius.
Achaemenides Ithacensis A. 3, 588 seqq.
Achelous, Aetoliae fl., dictus pro quovis alio, G. 1, 9.
Achilles magnus E. 4, 36.
aclides, jacula, A. 7, 730.
Actaeus, Atticus, quia omnis Attica regio dicta est Actaea, h. e. littoralis, E. 2, 24.
Actias, Attica, G. 4, 463.
activum passiva potestate G. 3, 507. A. 1, 402; 2, 208, 229, 235; 3, 607 etc.
Actium promont. et oppidum cum portu et fano Apollinis in sinu Ambracio A. 3, 275 seqq.
Acragas m., in quo situm Agrigentum, A. 3, 703. V. Agrigentum.
acumina, punctiones, Cul. 182.
ad prima, inprimis, G. 2, 134.
addita Juno Teucris A. 6, 83, quo sensu *adsim* Cat. 5, 6.
addunt in spatia G. 1, 513. *I. e.*, inquit Serv., *currendo eorum cursus augetur*. Sed Forcellin.: *dant se cursu per campum*. Intell. *se*, quod legitur etiam in multis codd., sed male.
adiect. pro adverb. G. 3, 500.
adsuescere bella animis A. 6, 830.

Aegaeon centimanus A. 10, 565. (Aegan Cir. 482.)
aegis, thorax, A. 8, 435.
Aegle, Naïs, E. 6, 20.
Aegyptus. v. verba Persarum vetus etc.
L. Aemilius Paulus, Persei victor a. U. C. 586, ante Chr. 164, A. 6, 836.
aemula, invida, A. 5, 415.
Aeneas. Cf. Iulus.
aenigmata rustica E. 3, 104—7. (Dici videtur *Coelii*, decoctoris Mantuani, sepulcrum. *Regum*, Ajacis Telam., *flores*, hyacinthi.)
Aeolides, Ulysses, qui a Sisypho, Aeoli filio, genus ducebat, A. 6, 527.
Aeolus A. 1, 52.
Aequi Falisci, antiquum nomen Faliscorum, A. 7, 695.
aequor terrae, planities, campus, G. 2, 205, 541 etc.
aër, caligo; unde aëris campi pro regno Inferorum A. 6, 885.
aerea vasa rumpi frigore tradidit Eratosthenes ap. Strab. 2. p. 126. G. 3, 363.
aes. v. Italia etc.
aesculus, genus quercuum, Jovi sacrum, G. 2, 15.
aestiva, aestiva pascua seu pecuaria, quae aestate pascuntur, G. 3, 472.
Aether pater omnipotens, Jupiter, G. 2, 325.
Aethiopum nemora G. 2, 120. Ante Justinianum Serum gens Indica, seu, vetusto more loquendi, Aethiopica, sic parare sericum credita est, ut lanuginem, a bombycibus textam, ex certarum arborum foliis depecteret. Plin. 4, 17. s. 20. Salm. ad Solin. c. 63 etc.
Aetna m. A. 3, 571.
Afri E. 1, 65.
Agamemnonius, Mycenaeus, ut videtur, A. 7, 723.
Aganippe, fons in Helicone m. Boeotiae, E. 10, 12.
Agathyrsi, Scythae. V. Geloni.
agitare greges, agere de gregibus, G. 3, 287.
agmen aquarum G. 1, 322. Cf. A. 2, 782.
Agrigenti *moenia* A. 3, 704. Maximis olim ea urbs referta erat opibus ex agri fertilitate et Carthaginiensium mercatu. Ejus rex Theron victorias Olympiae quadrigales reportavit. V. Pindar.
M. Vipsan. Agrippa, praefectus classi Augustaeae ap. Actium, A. 8, 682. Cf. rostrata, urbs.
Agylla, urbs Etruriae, mox Caere dicta, A. 7, 652; 8, 597.
Ah Corydon, Corydon etc. E. 2, 69.
alae, pinnae formidinis, A. 4, 121.
alae pares, pariter sublatae, A. 9, 14.
Alba Longa A. 3, 389; 8, 41 etc. Condita urbs ante Romam a. 399, ante Christum 1149.
Albunea, Nympha et fons sulfureus in agro Tiburtino, cum antiquo Fauni templo et oraculo in luco sacro A. 7, 83.
Alburnus Lucaniae m. G. 3, 147.

Alcimedon caelator E. 3, 37, 44.
Alcinoi silvae, poma, G. 2, 87.
Alcon Myleus, statuarius et caelator. Cul. 66.
Alexin alium invenies E. 2, 73.
alipedes equi A. 7, 277.
aliquis, alius quis, A. 2, 48.
alit, auget, A. 5, 231.
alituum A. 7, 27.
Allecto sive Alecto A. 7, 324.
Allia exiguum flumen Italiae, Romanorum clade a Gallis accepta notum, nunc amnis S. Giovanni della Torre, qui infra Castel Giubileo Tiberi miscetur, secundum Capmartin de Chaupy (Découverte de la maison de campagne d'Horace, 3. p. 148 sequ.). A. 7, 717.
Aloïdae, Ἀλωεΐδαι, Aloeï filii Otus et Ephialtes, gigantes, A. 6, 580.
Alphea flumina Pisae G. 3, 180.
Alpheus fl. Elidis prope Pisam, ludis Olympicis clarus, G. 3, 19. Arethusam sequens per mare A. 3, 694.
Alpinae nives E. 10, 47.
alternis, alterne, G. 1, 71 etc.
Amazon (Camilla) 11, 648. Amazones 11, 659 etc.
Amasenus fl. in agro Volscorum A. 7, 685.
amellus, aster Atticus caeruleus vulgaris (Sternkraut, Sternblume), frequens in Italia, Sicilia et Gallia Narbon. G. 4, 271.
amens animi A. 4, 203.
Amerina salix inter tria salicis genera memoratur ap. Colum. 4, 30, 4, ubi de pedaminum in vineis jugorum ac viminum prospiciendorum cura agit. Ameria Umbriae urbs, non longe a Tiberi. G. 1, 265.
Aminaeo vino e Chio insula principatum dat etiam Plin. 14, 2. propter firmitatem et senium nobile. G. 2, 97.
Amiternum oppidum Sabinorum, 5 circiter millia ab Aquila versus Aterni fontem in loco situm, qui nunc appellatur S. Vittorino, A. 7, 710.
amor ferri A. 7, 461. am. omnibus idem G. 3, 244.
Amphion, conditor Thebarum, arte musica clarus, E. 2, 24.
Amsancti valles in Hirpinorum agro, in quibus vallibus lacus erat cognominis tetri coloris et odoris, inter spiracula numeratus, quae Plutonia vel Charonea (Moffete) appellantur. A. 7, 565.
amurca, ἡ ἀμόργη sive ὁ ἀμόργης, olei pars aquosa, quae in expressione prior effluit, G. 1, 194; 3, 448. *tristis*, amara.
Amyclae, urbs Ausonum Tarracinas inter et Cajetam, juxta mare, a serpentibus deleta fuit, unde *tacita* dicitur ad instar Amyclarum Laconicarum, de quibus vid. Heynii excurs. 2. ad lib. 10. A. 10, 564.
Amphrysus, Phthiotidis in Thessalia fl., ad quem Apollo boves pavisse dicitur.

cum Admeto, Pheraeorum regi, serviret, G. 3, 2.
Amycus, rex Bebryciorum in Mysia, A. 5, 373.
Anagnia, urbs Hernicorum frugibus dives, A. 7, 684.
anastrophe praepositionis E. 10, 48.
Anchises fulmine afflatus, quod consuetudinem cum Venere evulgarat, A, 2, 648 sequ. Cf. Iulus.
ancilia A. 7, 188; 8, 664.
Ancus Martius, rex Rom., notatus A. 6, 813.
Androgeus, Minois II., regis Cretensium, fil., cujus ille necem mortibus Atheniensium juvenum et puellarum annuis ultus est, A. 6, 18.
angues tortos, quibus religatus Ixion est ad rotam, G. 3, 38.
Anguis, sidus, G. 1, 205. Serv.: *Tres sunt angues in coelo; unus, qui in septentrione est; alter Ophiuchi; tertius australis, in quo sunt Crater et Corvus* etc. Primus hic dicitur, cujus ortus procellosus.
Anguitia, soror Marsi, qui fil. dicitur Ulyssis et Circae, gentisque Marsorum conditor, A. 7, 759. Anguitiae lucus fuit prope Fucinum lacum in montibus Appenninis.
Aniena fluenta, Anio fl. Sabinorum in agro Tiburt., unde aqua Romam perducta, G. 4, 369.
anima, aër, E. 6, 32.
animus plantarum G. 2, 51, 350.
anser pro olore dictus, ut etiam alibi ap. poëtas, Cir. 490.
ante expectatum, ἀπροςδοκήτως, G. 3, 348.
Antemnae. v. Atina.
antes, ordines vitium, G. 2, 417.
M. Antonius, triumvir, A. 8, 685.
Anxur. v. Feronia.
Aones primi incolae Boeotiae E. 6, 65.
Aonius vertex, Helicon, G. 3, 11.
Aphaea, nomen, quo Britomartis, filia Carmes, culta est ab Aeginetis, Cir. 303.
apices lanigeri A. 8, 664. Serv.: *Flamines in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga, desuper habens lanae aliquid* etc.
apii genus quoddam edule Mor. 90.
apodosis ἀσυνδετος, quam frequentat Virg., E. 8, 16; A. 3, 148, 286, 513; 7, 95; 10, 659 etc.
Apollo Clarius, dictus a Claro oppido prope Colophonem, quod fano ejus clarum erat, A. 3, 360. deus pastorum et ipse pastor, E. 5, 35; 10, 21; G. 3, 1 sequ. Pataras urbem Lyciae deserens verno tempore, et Delum rediens ad celebranda ibi festa sollemnia, A. 4, 143. Ejus templum in m. prope Cumas antiquissimum, sub quo antrum Sibyllae, A. 6, 7. Ultimum seculum Sibylla

Solis esse dixerat, quem eundem cum Apolline recentiores putant, E. 4, 10.
Appenninus pater A. 12, 703.
aptus stellis axis A. 4, 482; 6, 795; 11, 202.
apum generatio G. 4, 197 seqq. v. Aristot. Hist. anim. 5, 21. Plin. 11, 16. Sed nunc, reginam, olim pro *rege* habitam, communem stirpis auctorem ac parentem, ovis pariundis solam vacare, post Swammerdammii et Reaumurii observatt. communis opinio est; unde mox apes excludi, et quidem novas matres, mares seu fucos, et mellificantes apes, in quibus nondum ulla sexûs nota reperta est.
Aquarius occidit medio mense Febr., G. 3, 304.
Ara maxima A. 8, 271. Arae proprie dictae, sive Aegimuri insulae, ex adverso Carthaginis sitae, A. 1, 109.
Arabum et populorum orient. bella cum Romanis. V. Vita Virg. Heyn. ad a. U. C. 724, 5, 729, 31, 34. Arabum *Eoae domus* G. 2, 115.
Aracynthus m. in finibus Boeotiae et *Atticae*; inde *Actaeus*. v. h. v.
Arar sive Araris, fl. Galliae, qui in Rhodanum influit prope Lugdunum, hodie Saone, E. 1, 63.
arare aequor A. 2, 780.
Araxes, fl. Armeniae A. 8, 728.
Arcades boni cantores E. 7, 4, 5; 10, 32.
Arcadius magister. v. Aristaeus.
Archippus rex Marsorum, A. 7, 752.
Arcti duae G. 1, 245, de quibus Ovid. Trist. 4, 3, 1,:
Magna minorque ferae, quarum regis altera Grajas,
Altera Sidonias, utraque sicca, rates.
Arctos major, quae et Helice, sicut altera Cynosura, G. 1, 138. Illud sidus consecratum ferebant Callistoni, Lycaonis, Arcadiae regis, filiae.
Arctophylax. v. Bootes.
Arcturus G. 1, 204. Veget. de Re milit. 4, 39.: *Post Septembris Idus oritur Arct., vehementissimum sidus; circa Nonas vero Octobris* Haedi pluviales. Cf. Bootes.
Ardea, urbs Latii, A. 7, 411, 631 etc. Cf. Turnus.
ardere aliquem E. 2, 1.
Arethusa, fons clarus in ins. Ortygia, quae pars quarta erat urbis Syracusarum, cujus fontis Nympham hic Noster invocat tanquam Siculus pastor et poëta, E. 10, 1.
Argento, aere etc. v. Italia.
Argileti nemus sub Capitolio, in quo nemore Argus hospes quidam Evandri occisus erat eo inscio ab Arcadibus, propterea que nemus ei dicatum cum ara, A. 8, 345.
Argitis (Ἀργῖτις) uva G. 2, 99. dicitur a verbo ἀργὸς, quod vinum candidum reddit. Erat autem major et minor. Colum. 3, 2, 21.
Argo navis E. 4, 34.

argumentum, documentum, exemplum, A. 7, 791.
argutus, stridens, sibilans etc. E. 7, 1 etc.
Argus, Inonis custos, A. 7, 791. alius A. 8, 346.
Argyrippa sive Argyripa, metri causa A. 11, 246. v. Diomedes.
Aricia A. 7, 762. v. Triviae lacus et Virbius.
aridus fragor in montibus, aridarum arborum, quae franguntur, G. 1, 357.
Arisba, urbs Troadis, ante bellum Troj. capta aliquando ab Aenea, A. 9, 264.
Aristaeus, Apollinis et Cyrenes Nymphae fil., qui Cycladibus insulis magna siccitate et fame afflictis, cum Ceam arcessitus docuisset, quo modo placandus esset Sirius, etesiaeque aërem temperare coepissent, sub nominibus Jovis Aristaei et Apollinis Nomii cultus fuit. G. 1, 14; 4, 317 seqq. Videtur autem e patria Thessalia profectus tandem in Arcadia consedisse; unde *Arcadius* audit G. 4, 283. Cf. Eurydice.
Ariusium vinum ex promontorio et tractu saxoso ejus nominis in Chio insula, E. 5, 71.
arma, ὅπλα, clipei, A. 12, 707 etc.
Arpi A. 11, 250. v. Diomedes.
arvinâ, ἀργέτι δημῷ ap. Homer., A. 7, 627.
Ascanius fl. Bithyniae, exiens e lacu cognomine sub Olympum m. G. 3, 270. Cf. Iulus.
Ascraeus senex, Hesiodus, E. 6, 70. Cf. G. 2, 176.
Asia, prima syllaba porrecta, Lydiae angustus tractus est paluster ad Caystrum fl., non longe a Tmolo m., Homer. Il. 2, 461, G. 1. 383. Inde dicta est Deïopea nympha G. 4, 343.
Asia, prima syllaba brevi, regnum Priami dicitur κατ' ἐξοχὴν, utpote pars magna Asiae minoris, A. 2, 1, 557; 3, 1.
Asinius Pollio. v. Timavus.
Assaraci proles G. 3, 35, gens Julia, ducta ab Iulo. v. Iulus.
Assyrium amomum, Syrium, Indicum: siquidem amomum est fruticis genus Indici odorati; Indicae autem merces fere Antiochia, Syriae metropoli, in Italiam advehebantur. E. 4, 25. venenum, fucus, purpura Syria vel Tyria, G. 2, 465.
Asteria, Delus ins. veteri nomine, Cul. 15.
astrum Caesaris. v. Dionaeus.
Astur A. 10, 180.
Asylas A. 10, 175.
asyndeton G. 1, 135, 310, 374. Cf. v. apodosis.
Atalanta Schoenei fil, E. 6. 61.
Athesis fl. amoenus A. 9, 680.
Atii unde dicti, A. 5, 568.
Atina, urbs in Volscis, A. 7, 630. Crustumerium et Antemnae urbes veteris Latii.
Atlanti vulgo tributa siderum

notitia ac sphaerae inventum. A. 1, 741.
Atlantides. v. Pleiades.
atque, illico, G. 1, 203.
auctor, conditor, G. 3, 36.
Audentes Fortuna juvat A. 10, 284.
audere in proelia A. 2, 347.
avena G. 1, 154. sterilis dicitur propterea, quod eam frumenti vitium vett. credebant, quam recentiores peculiarem sui seminis herbam esse docuerunt.
Aventinus, Herculis fil., A. 7, 657.
Avernus lacus prope Cumas. v. Lucrinus.
Augustus A. 8, 678. ejus laus A. 6, 790. Cf. Caesar Aug.
avi avorum G. 4, 209.
aviaria, *secreta nemorum, quae aves frequentant*, Serv. ad G. 2, 430.
avis candida, invisa colubris, ciconia, G. 2, 320.
aulaea, seu vela theatrorum, cum scena obtegenda esset, tollebantur, G. 3, 25.
Aulestes, Ocni frater et Perusiae conditor, A. 10, 207.
aures aratri G. 1, 172, videntur esse utrinque ei affixi asserculi vel ferramenta, quibus sulcus latior efficitur altiorque, Streichbretter.
auriti lepores G. 1, 308.
auro fluens Italia. v. Italia.
Aurunci ultra Lirim fl. habitantes in Campaniae montibus, ut Sidicini in campis, A. 7, 727, 795.
Ausonii, Ausones, A. 11, 253.
Auster deus G. 1, 462. ventus pestilens, Scirocco, E. 2, 28. Cf. Notus. Cum flare incipit, gratus, E. 5, 82.
autem, quod minus frequens apud poëtas, G. 2, 14; 3, 387, 515. Cir. 276. A. 12, 672. Cf. Sed.
axis, polus septentrionalis, G. 2, 271; 3, 351.
baccar seu baccharis, radix odorata, quae fascinum depellere credebatur, E. 4, 19; 7, 27.
Bactra G. 2, 138. Etiam Bactriana e terris felicissimis, in qua Oxus fl., aurum vehens etc. Cf. Oaxes.
Balearis funda G. 1, 309. Baleares insulae γυμνάσια Graecis dictae, quod earum incolae nudi fundarum jactu se exercebant aestate.
balsama G. 2, 119. Opobalsamum arbuscula odoratissima Judaeae, vallis inprimis Hierichuntinae, Arabiaeque et Aegypti.
Barce, Cyrenaicae urbs, a Battiadis condita, A. 4, 43.
Batulum. v. Rufrae.
Bavius et Maevius (v. Horat. epod. 10.) par ignobile poëtarum E. 3, 90.
Bebrycia, Bithynia, A. 5, 373.
bellator equus G. 2, 145.
belli portae A. 7, 607.
Belus, unde reges Tyrii genus ducebant, A. 1, 729.
Benacus lacus in Veronensi (Lago di Garda), propter magnitudinem ventis et procellis obnoxius non aliter ac mare G. 2, 160; A. 10, 205.
Bianor seu Bianorus, cogno-

men erat Ocni sive Aucni, filii Tiberis et Mantûs, unde Mantua dicta est, quam urbem ille condidisse fertur, E. 9, 60; A. 10, 198. binus A. 7, 707.
Bis capti Phryges A. 9, 599.
Bisaltae, Thraces ad Strymonem fl. in Macedonia, G. 3, 461.
Bitias, amicus Didonis, A. 1, 738. alius. v. Pandarus.
Bola. v. Inuus.
bonus dicere versus, bonus ad dicendum versus, graece, E. 5, 2, bonus, propitius, A. 12, 647.
Bootes, qui et Arctophylax, G. 1, 229. In eo Arcturus, quem IV. Cal. Nov. vespere occidere dicit Colum. 11, 2, 78.
Boreae Alpini A. 4, 442.
Britanni longinqui E. 1, 67. In quos expeditionem Augustus tentaturus a. U. C. 727. ab eorum legatis placatus est.
Britomartis, Jovis ex Carme filia, in Creta ins. educata, quae amantem Minoem II., regem Cretensium, fugiens mare se praecipitavit, Cir. 295.
bruma dicta pro hieme G. 3, 321.
bumastus, βαμαστὸς, G. 2, 102. Plin. 14, 3.: *In pergulis* (Weinlauben) *seruntur* — *et bumasti* (vites) *totidem coloribus* (albo et nigro).
buris seu bura, pars aratri veteris postica, tignum incurvatum, cui et temo junctus et vomer, G. 1, 170.
Busiris, rex Aegypti, quem victimas humanas Jovi sacrificantem Hercules occidit, G. 3, 5.
Buthrotus, Epiri oppidum, A. 3, 293.
Cacus, Vulcani fil. monstrosus, quem Hercules occidit, A. 8. 194. Fabula domestica Italorum.
cadere, imminui, G. 3, 138.
cadit, occidit, G. 3, 304.
caducus bello A. 6, 479.
Caeculus Vulcani fil., qui condidit Praeneste, A. 7, 678.
Caeneus e juvene foemina A. 6. 446.
Caeres, Caeretanus. v. Agylla.
Jul. Caesar et Pompejus A. 6. 824. Caesaris necem secuta prodigia G. 1, 466 seqq.
Caesar Augustus, Indum avertens a Rom. finibus, G. 2, 170. Vit. Virg. Heyn. a. U. C. 724.
caestus crudus, e corio crudo factus, G. 3, 20.
caesurae vis E. 2, 24; 6, 53; G. 1, 138; A. 1, 651; 3, 91, multisque aliis in locis: nam inprimis ea figura utitur Virg.
caetra seu cetra, scutum breve loreum, ad modum Afrorum et Hispanorum, A. 7, 732.
Calabris in saltibus anguis malus est chersydrus, G. 3, 425.
Cales, vetus Ausonum, deinde Campaniae, urbs, A. 7, 728.
Calydon, Aetoliae urbs, unde oriundus erat Diomedes, A. 11, 270.

Camarina, oppidum Siciliae, a Syracusanis conditum, florentissimumque sub Romanis, A. 3, 701, ubi Serv.: *Palus est juxta ejusdem nominis oppidum, de qua quodam tempore, cum siccata pestilentiam creasset, consultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent, respondit:*
Μὴ κίνει Καμαρίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.
Quo contemto exsiccaverunt paludem, et carentes pestilentia, per eam partem ingressis hostibus, poenas dederunt.
Unde κινεῖν Καμαρίναν, movere Camarinam, proverbii loco usurpatur in rebus, quae mutari sine periculo non possunt.
Camers. v. Clusium.
Camilla Volsca A. 7, 803; 11, 535 seqq. eam comitatae virgines 11, 655.
Camilli magni G. 2, 169.
Camoenae E. 3, 59.
cancrorum adustorum (uri autem solent in variorum morborum cura) gravis odor, G. 4, 47.
canes. v. Molossi et Spartani.
Canopus, urbs Aegypti, regionis fertilissimae, qua pars ejus occident. designatur, G. 4, 287. Cf. Pellaeum.
Capena urbs Etrur., Faliscis contermina, A. 7. 697.
capere locum oculis, eligere, G. 2, 230.
Caphereus, Euboeae promont. orientale, saxis latentibus infame, quibus multi Graecorum Troja redeuntium perierunt, A. 11, 260. *Ultor* ibi dicitur tanquam is, qui poenas excisae Trojae a Graecis repetierit.
capita, radices, G. 2, 355.
capreoli sparsis albo pellibus, h. e. semestres, E. 2, 41.
Capua dives G. 2, 224.
Capys, Capuae conditor existimatus, A. 10, 145. Cf. Iulus.
carchesium, vas oblongum et ansatum, G. 4, 380.
carex, junci genus, G. 3, 231, unde loca eo consita dicuntur carecta.
Carinae, locus in 4. regione urbis Romae, A. 8, 361.
Carme, Phoenicis filia, mater Britomartis, Scyllae nutrix, Cir. 220.
Carmenta seu Carmentis, mater Evandri, vates fatidica, A. 8, 336.
Carpathus ins., Aegypto obversa, G. 4, 387.
casia, herba coronaria, affinis thymelaeae, E. 2, 49; G. 2, 466.
Casmilla, mater Camillae, A. 11, 543.
cassida A. 11, 775.
Casperia, nunc Aspra vel locus circa id oppidum, versus Himellae fluvii fontem, qui nunc Aja est, vetus Sabinorum oppidum A. 7, 714.
Castalia, Κασαλία (κρήνη), fons in radicibus Parnassi, G. 3, 293.
castella Norica. v. Noricum.
castratio favorum G. 4, 228. seqq.

cateia, longius hastae genus, vox Celtica, A. 7, 741.
Catillus Tiburtinus A. 7, 672. v. Tiburtus
Caulon. v. Lacinia Juno.
caurus seu corus ventus *flat ab occasu solstitiali, et occidentali latere septentrionis, a Graecis dictus Argestes, ex frigidissimis*, Plin. 18, 34, G. 3, 278.
Cea Cyclas G. 1, 14.
Cecropiae opes, Atticae, G. 4, 177. Diophanes in Geopon. lib. 15.: *Ἄριστον μέλι τὸ Ἀττικὸν, καὶ τῶ Ἀττικῶ τὸ Τμήττειον.*
cedrus et odorata vim habent contra serpentes. Cerd. G, 3, 414.
Celenna. v. Rufrae.
Celeus, pater Triptolemi, G, 1, 165.
centaurea, majus et minus (Tausendgüldenkraut), a Centauro Chirone nomen traxere, G. 4, 270.
Centauri G. 2, 456. Eorum pugna cum Lapithis fuse descripta ab Ovidio Met. 12, 210 seqq.
ceperat, acceperat, E. 8, 39.
Ceraunia A. 3, 506, montes Epiri, qui et Acroceraunia vocantur. Cf. Minerva.
Cerberus A, 6, 415. G. 4, 483.
Ceres G. 1, 7, Eleusina mater G. 1, 163, flava G. 1, 96. rubicunda G. 1, 297.
cerinthe folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente, Plin. 21, 12. Herba ap. nos hortorum, in Italia vero silvestris atque ignobilis, quam apes inprimis expetunt. G. 4, 63.
certamen ponere, *ἀγῶνα προτιθέναι*, G. 2, 530.
Certent cycnis ululae E. 8, 55., proverb. Theocrit. 1, 136: *Σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.*
Chalcidicus versus. v. Euphorion.
Chalybes in Ponto, ferro cudendo occupati, G. 1, 58 etc.
Chaon Trojanus secundum Virg. A. 3, 335.
Chaones vetustissimi incolae Epiri, unde dictae Chaoniae columbae (Dodonaeae vaticinae in templo Jovis) E. 9, 13. Chaonia glans, fructus quercuum, quae celeberrimae sunt Epiri propter Dodonaeas fatidicas, G. 1, 8.
Charybdis A. 3, 420.
Chelae, brachia Scorpii in coelo, G. 1, 33. Sequentes ibi dicuntur, quia Scorpius Virgini a tergo est. Franc. Guyet. in nota Ms., quam penes me habeo: Chaldaei Scorpium et Libram unum signum accipiunt: Chelae enim Scorpii Libram faciunt. Manil.: *Scorpios in Libram consumit brachia.* Et ad sequ. v.: plus 12. parte coeli: duas enim duodecimas occupat Scorpius secund. Chaldaeos etc. Cf. Ovid. Met. 2, 195 seqq.
Chiron Centaurus, Saturni ex

Philyra fil., medicae artis peritus, G. 3, 550.
Cicones pop. Thraciae ad Hebrum G. 4, 520.
cicutae, cannae, ex quibus fistulae fiebant, E. 2, 36; 5, 85.
Ciminius lacus cum m. et saltu Cim. in Etruria, A. 7, 697.
Cinna poëta Smyrnam scripsit, quod carmen 10 annorum lima perpolivit, E. 9, 35.
Cinyphii hirci G. 3, 312. *Littore inter duas syrtes Cinyps fl. ac regio*, Plin., 5, 4., qui idem tradit 8, 50, capras in Cilicia et circa syrtes villo tonsili vestiri. Franc. Guyet. in nota Ms.: Cinyps fl. Garamantum, ap. quem nascuntur grandes hirci. Fl. vocatur etiam Cinyphus.
Cinyras, Ligur, A. 10, 186.
circlos G. 3, 166.
Circaeum promont. Latii ad mare inferum A. 7, 799.
Circe, Solis filia, maga, E. 8, 70.
circum haec, ἀμφὶ ταῦτα, per haec, his vinculis adhibitis, G. 4, 400.
circumvectari singula, exponere, G. 3, 285.
Ciris a κείρειν dicta Scylla, quia patris crinem detondit. Cir. 489.
cisium, vehiculi genus levioris binis rotis instructi, Catal. 3 (8), 3.
cit Cul. 201.
Cithaeron, deus montis cognominis in Boeotia, qui magno clamore vocat poëtam, ut pascua sua gregesque canat, G. 3, 43.
Clanius G. 2, 225. Ibi Serv.: *Acerrae civitas est Campaniae, haud longe a Neapoli, quam Clanius praeterfluit fl., cujus frequens inundatio eam exhaurit, unde ait* vacuis, *i. e. infrequentibus.*
classes, populi partes, copiae, A. 7, 716.
Atta (Attus, Attius) *Clausus* Sabinorum dux, auctor gentis Claudiae, secundum Virg. A. 7, 706 seqq.: nam aliter Liv. 2, 16, Suet. Tib. 1.
claustra, fretum, A. 3, 411.
Clitumnus, Umbriae cis Appenninum fl., qui juxta Mevaniam urbem Tiberi miscetur, armentis suis etiamnum clarus, unde taurus adducebatur candidus, quem in triumpho immolari mos erat. G. 2, 146.
Cloelia A. 8, 651.
Cluentii unde, A. 5, 123.
Clusium, olim Camers dictum, urbs Etruriae, A. 10, 167.
Cocytus fl. Inferorum G. 3, 38.
coecus pulvis A. 12, 444.
coelum, lucem dimotis stratis admissam, G. 3, 417.
Coeus Titan, pater Latonae, G. 1, 279. gigas A. 4, 179.
Collatia, vetus oppidum Latii inter viam Praenestinam et Anienis ripam laevam, A. 6, 772.
colligere se in arma, in cli-

peum, clipeo se tegere, A. 12, 490.
columnas, col. rostratas, monumenta victoriae Actiacae, G. 3, 29.
colurnis G. 2, 396, ex corulo factis, quae arbor inimica viti, ibid. 299.
coniux dictus Minos, amatus a Scylla, Nisi filia, Cir. 533.
Conon Samius, astronomus celeber, qui floruit sub Ptolemaeis Philadelpho et Euergete, circa a. ante Christ. 250., amicus Archimedis. Edidit librum hodie deperditum de cursu stellarum. E. 3, 40. *Alter* ibi commemoratus astronomus vel Aratus fuerit, qui artem suam ad usum agricolarum convertit in opere graeco, quod inscriptum est Phaenomena et Prognostica, vel potius Eudoxus, qui in Italia degens scripsit item Phaenomena, quibus etiam agricolae utebantur, teste Colum. 9, 14, 12.
contractio (vocât pro vocavit) E. 5, 23. (taenis pro taeniis) A. 5, 269. cf. petit.
Cora, urbs vetus Latii, dein Volscorum, A. 6, 773.
Coras A. 7, 672. v. Tiburtus.
cornix improba G. 1, 389.
cornu, infundibulum corneum, G. 3, 509. pars exstans cristae A. 12, 89.
Coroebus, Mygdonis fil., amator Cassandrae, A. 2, 341.
corona navalis A. 8, 684. sidus, quod Democrito (Geopon. 2, 14.) videbatur occidere adulto autumno, quem auctorem male sequitur Virg. G. 1, 222., cum Corona exoriatur cum Scorpio Nonis Oct., teste Hygino Astron. 5. — Coronae impositae signum laetitiae A. 4, 418; 7, 147.
coronare vina, coronis pocula circumdare, ex more seriore, A. 1, 724; 3, 525. abitum, cingere, A. 9, 380.
Corybantia aera A. 3, 111. v. Dictaeus rex.
Corycus Ciliciae oppidum, antro et croco notum, G. 4, 127.
Corydon dictus pro egregio poëta E. 7, 70.
Corythus, rex et conditor Corythi seu Cortonae, urbis Etruriae prope lacum Trasimenum, A. 3, 170.
Cosae, urbs Etruriae, ad mare supra Herculis portum sita, A. 10, 168.
A. Corn. Cossus, trib. mil., qui regem Vejentium occidit a. U. C. 318. A. 6, 839.
Crataeïs Cir. 66.
crebra, crebro, G. 3, 500.
Cremona, Italiae civitas ad Padum sita, quae Caesaris percussorum partes secuta erat, E. 9, 28. Vit. Virg. Heyn. a. U. C. 713.
Crëusa. v. Iulus.
Crimisus seu Crimissus, fl. Siciliae, qui e Segesta nobili Trojana, suscepit Acestam regem, A. 5, 38.
Crustumerium. v. Atina.
Crustumium oppidum juxta Vejos. G. 2, 89. Plin. 15, 15.: *Cunctis Crustumina* (pira) *gratissima*. Quae ex parte

rubent, secund. Serv. Gallice *poire perle*.
Cui non risere parentes etc. E. 4. extrem.
Cumae urbs Campaniae, prope quam Sibyllae antrum, A. 3, 441; 5, 873.
Cumaeum carmen, Sibyllinum, E. 4, 4.
cunei theatrorum, ordines ac sedilia, G. 2, 509 Plausu theatrali excipiebantur olim quoque, ut nunc, qui gratiosi essent ap. pop., velut Pompejus, Cic., Maecenas.
Cupavo seu Cubabo, dux Ligurum, A. 10, 186.
Curetes A. 3, 131. Cf. v. Dictaeus rex.
currus, equi Achillis duo, de quibus Homer. Il. π', 148, G. 3, 91.
Cybele A. 6, 782.
Cyclopes incolae Siciliae G. 1, 471; A. 3, 569. alii, Vulcani ministri A. 8, 424.
Cycnus propter Phaëthontis amorem in avem cognominem mutatus, A. 10, 189.
Cydones ex Cretensibus A. 12, 858.
Cydonium, urbs in Creta ins.; Cretes autem boni sagittatores. E. 10, 59.
Cyllarus, equus Pollucis, G. 3, 90.
cymba Stygia G. 4, 506.
Cynthius, Apollo, dictus a Cyntho, Deli m., E. 6, 3; A. 4, 147.
Cypselides, Periander, successor Cypseli in regno Corinthio, Cir. 464.
Cyrneae taxi, a Κύρνος, Corsicanae, E. 9, 30. Est autem arbor ea mellificio exitiosa. Corsicanum mel amarum. G. 4, 47.
Cythera, τὰ Κύθηρα, ins. Laconicae objecta, A. 1, 680.
cytisus fruticis genus, rhamno similis, colore albicante, ramis fere cubital., iucundo foliorum et odore et sapore, proptereaque apibus et capris gratum, Nostrorum Cytisus Marantae, E. 2, 64.
Cytorus Paphlagoniae m. in tractu maritimo, buxo nobilis. Adjacebat urbs cognominis. G. 2, 437.
Daci (in Transsilv. Valach. et Moldavia) inquieti Romanorum hostes, quos tandem, Augusti auspiciis, Danubio Lentulus prohibuit a. U. C. 734, uti et Sarmatas. G. 2, 497.
Daedala, artificiosa, G. 4, 179.
Daedalus A. 6, 12.
Dahae Nomades ad mare Caspium ultra Hyrcanos A. 8, 728.
damnare votis homines dicitur deus, cum compotes eos facit earum rerum, quas ab ipso precati sunt, itaque ad solvenda vota obligat, E. 5, 80.
Dardanus A. 3, 167. ejus genus A. 8, 134. Cf. Iulus.
dare, edere, dicere E. 1, 19. d. dicta, idem, A. 2, 790; 6, 626 etc. permittere A. 4, 683.
dativ. pro accusat. cum praeposit. E. 8, 101; G. 2, 452; A. 2, 186, et passim.

defrutum, vinum dulce et coctum, G. 4, 269.
Decii G. 2, 169.
deductum carmen, tenue, non pingue, ut oves, E. 6, 5.
Degeneres animos etc. A. 4, 13.
deinde insolito loco positum A. 5, 14 (Sic deinde locutus Colligere arma jubet.), 400; 7, 135.
Deïphobus, Priami fil., qui post Paridis mortem duxit Helenam, a qua proditus misere confossus est, A. 2, 310; 6, 492 seqq.
Delia, Diana, quia nata in Delo ins., E. 7, 29. puella E. 3, 67.
deliciae, amores, E. 2, 2; 9, 22.
Delos ins., quae prius dicta Ortygia, media Cycladum, G. 3, 6; A. 3, 73 seqq., 124. Latonia dicitur propterea quod Latona peperit ibi Apollinem et Dianam.
dens uncus ligonis seu bidentis G. 2, 423. Cf. Saturni dens.
dentale, vomeris dens, quo solum infringitur, G. 1, 172.
deo, numine, τῷ θείῳ, A. 2, 632.
depellere, deorsum agere, quia vicus Andes in edito loco situs, E. 1, 22.
deponere v. ponere.
deprensis, tempestate, G. 4, 421.
Dercennus, rex Aboriginum, A. 11, 850.
desinere aliquid E. 5, 19.
Deucalion G. 1, 62. v. Pyrrha.
deus, vir divinus, praestantissimus, A. 5, 391.
Di meliora piis etc. G. 3, 513.
Diana Hippolytum amans A. 7, 774.
Dictaeus rex, Jupiter, in Dicte m. Cretensi nutritus ab apibus, quas Curetes, Cretae ins. primi cultores, Cybelesque sacerdotes, qui et Corybantes dicuntur, cymbalorum suorum sono allexerant, G. 4, 150 seqq.
dictamnum, pulegio similis planta, quam inter origana Linn. refert, utilem ad vulnera purganda, A. 12, 412.
die, diei, G. 1, 208.
digerit, interpretatur, A. 2, 182.
diluvium, ruina, A. 7, 228.
Diomedes, Argyrippae sive Arporum, urbis in Apulia, conditor, A. 11, 226. Ejus comites mutati in aves (ib. 272), Diomedeas dictas, avium genus in insulis Diomedeis conspici solitum, quae insulae littori Apuliae e regione montis Gargani adjacent. Aves ibi etiamnum frequentes hodie Artenas vocant. *Procellaria Puffinus* Linn. esse creditur.
Dionaeus E. 9, 47. vocatur Caesar propterea quod genus ab Iulo, Dione seu Veneris nepote, ducere credebatur. Cuius *astrum* ibi dicitur stella crinita illa, quae a. U. C. 711. mense Iul. inter ludos funebres, in ejus honorem habitos ab Augusto, apparuit.

dira, *magna*, Serv. A. 9, 185.
Dirae, Furiae, A. 4, 473.
Dis G. 4, 519.
dives pecoris E. 2, 20.
Dodonae victus. v. Chaonia glans in v. Chaones.
Dodonaei lebetes, Epiroticae, Neoptolemi, A. 3, 466.
Dolopes, Myrmidonibus accensi, A. 2, 29.
Dolus an virtus etc. A. 2, 390.
donaria, eorum loca, templa, G. 3, 533.
Doto, Nereïs, A. 9, 102.
Drepanum, urbs Siciliae in agro arenoso, A. 3, 707.
Dryades G. 1, 11 etc. eaedem quae Hamadryades E. 10, 62 etc.
Dryopes pop. circa m. Parnassum A. 4, 146.
ducere bellum, producere, non intermittere, A. 8, 55.
Dulichia seu Dulichium, ins. ex Echinadibus prope Cephalleniam, A. 3, 271. pro Ithaca, ut videtur, dicta, E. 6, 76. Vid. vir clariss., J. H. Voſs.
dum praesenti junctum in re praeterita, more constante, de quo vidd. Voss. ad G. 4, 559, Heindorf. ad Horat. Sat. 1, 5, 72. E. 7, 6.
dumi, sepes e dumis factae, G. 4, 130.
duplicare, curvare, A. 11, 645.
E littera elisa in *alveo* et similibus G. 2, 453; 4, 34; A. 1, 726 etc.
ebenum Indicum: nam in India quoque nascitur id ligni genus. G. 2, 117.
ebur, tibia eburnea, G. 2, 193.
effoeta veri, in qua nihil veri iudicii inest, A. 7, 440.
effoetus, viribus exhaustus, G. 2, 417.
Egeriae Nymphae fons et lucus prope Ariciam A. 7, 775. In eo luco Diana colebatur cultu peregrino, de quo vid. Heyn. excurs. 8. ad A. 7.
electrum metallum ex auro et argento constans, quod etiam arte fingebatur, A. 8, 402.
Eleus campus, Olympiacus, G. 3, 202.
elisio vocalium cessans E. 2, 53; 3, 6, 63; 7, 53 et multis aliis in locis. Cf. litt. o.
ellipsis familiaris in re turpi E. 3, 8. in verbis *Hoc ubi* (accidit) G, 2, 312. in verbis *Quid dicam, qui*, et *Quid, qui*, G. 1, 104, 111, h. e. Quid dicam de illo, qui etc. in verbis *Quid, quae* etc. E. 9, 44. h. e.: Quid agunt illa, quae etc.? quid de illis fiet? num eorum quoque meministi? ell. a Comicis inprimis frequentata. cf. G. 3, 264. Ell. nominis vel pronominis in verbo *Eripite* A. 3, 560. pronominis, ex praegressis intelligendi, E. 7, 19. (*alternos Musae meminisse volebant*), ubi intellig. *eos*, Coryd. et Thyrsidem; h. e. Musae volebant, hos pastores versus alternos meminisse seu cantare. Aliorum explicatt. minus probabiles. E. 7, 23. *id* intell. in verbis *si non possumus omnes* (proxima Phoebi carmina facere). Ell. ver-

bi *dicat* seu *dedicat*, more epigrammatariorum, E. 7, 29; A. 3, 288. verbi *dixit* E. 10, 31; A. 12, 154 etc. verbi *eo* in *pervenimus* E. 9, 2. verbi *esse* E. 5, 22; G. 1, 466; 3, 393; 4, 43; A. 1, 237 et passim. verbi *filiam* G. 1, 138; A. 6, 36. verbi in proximis positi E. 3, 88. (*quo te quoque gaudet* venisse, quod intelligendum ex *veniat*); 8, 83; A. 1, 730; 2, 223; 5, 599. Cf. Hor. Od. 3, 27, 13, etc. verbi *se* in *volventia* G. 1, 163.

Elysii campi G. 1, 38.

Emathia pars Macedoniae, ejusque antiquum nomen; ad quam proprie nec Pharsalus, oppidum Thessaliae Pompeji notum clade, nec Philippi, urbs in veteris Thraciae parte, ad quam urbem caesi Brutus et Cassius, referri possunt; sed poëtae latius eo nomine utuntur. G. 1, 492; 4, 390.

ἓν διὰ δυοῖν. v. pateris etc.

en unquam, unquamne, E. 1, 68; 8, 7.

Enceladus A. 3, 578; 4, 179.

enim, utique, σοί γε δή, A. 8, 84.

Enipeus, Thessaliae fl., G. 4, 368.

Eous, Lucifer, G. 1, 288; A. 3, 588.

Ephyreïa, Corinthia: nam *Ephyra ante dicta Corinthus*, ait Plin. H. N. 4, 4. G. 2, 464.

Epidaurus cum tota Argolide equorum cura nobilis, G. 3, 44.

Epirus equos egregios alens G. 1, 59.

equus Pallantis mortui lacrimans A. 11, 90. Thracius praestans A. 5, 565.

Erato A. 7, 37.

Eretum oppidum in colliculo ad Tiberim, qui locus appellatur hodie Rimane, A. 7, 711.

ergo, causâ, A. 6, 668. quare, G. 2, 293.

Erichthonius, rex Atheniensium quartus, Vulcani fil., G. 3, 113. Alterum vide v. Iulus.

Eridanus rex fluviorum, Padus, qui in Adriaticum mare influit, G. 1, 482; violens 4, 372. alius ap. Inferos A. 6, 657.

Erigone filia Icarii, a Baccho amata, quae inter stellas relata Virgo dicitur, G. 1, 33.

Erinnys, Furia, pestis, A. 2, 573. Cf. Furia.

eripe fugam A. 2, 619.

Eriphyle Amphiarai uxor, quem quia prodiderat, auro corrupta, ab Alcmaeone filio occisa est, A. 6, 443.

erubescere aliquid A. 2, 542.

Eryx, Veneris ex Buta fil., rex Siciliae, A. 5, 392.

esseda, currus bellici Belgarum et Britannorum, G. 3, 204.

et, et quidem, E. 1, 48; A. 8, 668, 698; 9, 373, 783. et audacius postpositum E. 4, 54; G. 1, 160.

etiam indignantis cum imperativo A. 11, 373. Vid. Virgil. Virgilian. ad h. l.

Evadne, uxor Capanei, unius e septem, qui Thebas oppugnarunt, A. 6, 445.
Evander, Mercurii dictus fil., cum matre Carmenta (Carmente) seu Nicostrata, ex Arcadia profectus, Pelasgos suos a. ante Christ. 1250, ante Rom. cond. 480., in loca circa Tiberim adduxit, et in m., qui inde Palatinus dictus, oppidum Pallanteum, mox Palantium et Palatium appellatum, condidit. Fuerat jam in Arcadia pagus Pallantium, et inter Evandri proavos Pallas, aquo Arcades orti dicuntur A. 8, 51, filiusque Evandri nomen habuit.
evantes A. 6, 517.
evincere A. 2, 497, 630.
Eumenides G. 4, 483.
evolvisse, exposuisse, narrasse, G. 4, 509.
Euphorion, Chalcide in Euboea oriundus, poëta et bibliothecarius Antiochi M., regis Syriae, E. 10, 50. Cf. Clav. Cicer. Ejus fabulas obscuriores nec stilo simplici scriptas modo Hesiodeo imitatus erat Gallus. E. 6, 70.
Euphrates Mesopotamiae fl., ultra quem Parthi habitabant, G. 1, 509. Anno autem U. C. 717. M. Antonius Parthis Syriae jamdudum infestis bellum intulit, Agrippa Rhenum transierat, Sext. Pompejus rebellabat. Vid. Vit. Virg. Heyn. sub eo anno, et de Augusto *fulminante ad Euphraten* sub anno 734.
Eurous, ab Euri parte veniens, ut Arctous, Lesbous, A. 3, 533.
Eurotas Laconiae fl., lauris aliisque arboribus consitus, ad quem Phoebus descendit visurus Hyacinthum, Oebali Spartani filium, E. 6, 83.
Euryalus. v. Nisus.
Eurydice Dryas, cum Aristaeum fugeret, a serpente morsa est ad mortem, G. 4, 457 seqq.
Eurystheus rex Mycenarum, notus ex historia Herculis, G. 3, 4.
Eurytion. v. Pandarus.
excretos, ab excernendo, separatos, G. 3, 398.
exedere, conficere, perdere, A. 5, 785.
expectatum. v. ante exp.
explere alicujus A. 2, 586.
exsors, qui extra sortem datur, eximius, ἐξαίρετος, 8, 552.
exspersa limina sanie A. 3, 625.
extrema, mortem, A. 1, 219. Extremum, fato quod te alloquor, hoc est, A. 6, 464.
exuberans annus pomis G. 2, 516.
Fabaris, Horatio aliisque, Farfarus, nunc Farsa fl., qui ad Tiberim descendit, A. 7, 715.
facere munera A. 4, 263.
faciem falle, simula, A. 1, 684.
fallere, latere, A. 2, 744.
Fama A. 4, 173 seqq.
famam extendere factis etc. A 10, 468.
faseli picti G. 4, 289.

fastigia, altitudo, profunditas, G. 2, 288.
fatigare Martem, excitare, quiescendi copiam non facere, A. 4, 572; 7, 582. Similia sunt *fat. diem et noctem* A. 8, 94, *silvas venatu* A. 9, 605, *exercere diem* A. 10, 808, *colles*, A. 11, 319, *lacessere bella* A. 11, 254.
Faunus A. 7, 47. Fauni G. 1, 10. Cf. Picus.
feritate, ob feritatem morum, animum indomitum, A. 11, 568.
fermentum, hordeum vel frumentum fermentatum, cerevisia, G. 3, 380.
Feronia, uxor Anxuris sive Anxuri (qui et Axur dicitur, estque Volscorum lingua Jupiter), ex Latii deis Indigetibus. Ejus lucus cum fonte et templo erat ad 3. lapidem ab Anxure, cui urbi, quae post Tarracina dicta est, nomen dedisse videtur Anxur. A. 7, 799.
ferre, referre, nuntiare, A. 8, 119. velle dicere A. 2, 75, 161, 230. f. se, se conferre, A. 2, 456.
fervere A. 4, 409.
Fescennia, urbs Etruriae, A. 7, 695.
flabra, venti, G. 2, 293.
flava Lavinia A. 12, 605.
Flavina seu Flavinium, urbs vetus Etruriae, A. 7, 696.
Flectere si nequeo Superos, etc. A. 7, 312.
fluere ac retro ferri A. 2, 169. fl. dicuntur vites, quae mustum reddunt, G. 2, 100, 190.
Fluvius, deus fluvii, A. 8. 66.
fori, tabulata navium, naves ipsae, A. 4, 605.
Fors, Fortuna, E. 9, 5. Cf. ludens etc.
fors, fortasse, A. 2, 139.
forte sua A. 1, 377.
fortuna laborum, remedium, G. 3, 452.
Foruli, oppidum in Sabinis inter vetus Amiternum et Aquilam, recentiorem civitatem; nunc Città Tormassa dictum, A. 7, 714.
fovit humum G. 3, 420, multum et assidue morari in eo solitus est.
fraterna caede, a fratre patrata, A. 4, 21.
frenos G. 3, 184.
Fucinus lacus. v. Anguitia.
fuga, cursu veloci, G. 3, 201.
fugit, velociter abit, migrat, G. 3, 462.
Fugit irreparabile tempus G. 3, 284.
fuit, abscessit, esse desiit, A. 7, 413. Sic et *Fuimus Troës*, fuit Ilium etc. A. 2, 325.
fulgere A. 6, 824.
funda, rete, G. 1, 141.
funeris descriptio A. 6, 210.
fungi lucernarum G. 1, 392.: *nam, ut dicit Plin., cum aër humidus esse coepit, favilla, quae cum fumo solet egredi, prohibita aëris crassitate in lucernis residet, et quasdam velut fungorum imitatur imagines.* Serv.
furiae ventorum A. 10, 694. Furiarum maxima Celaeno. A. 252.
furor, amor furori similis, E. 10, 38.

futuro (Zukunft) G. 4, 239; futurae apium conditioni, cum hiems durior longiorque eas a melle colligendo deterruerit.
futurum pro imperativo G. 4, 544 seqq. etc.
Gabinus cinctus A. 7, 612., a Gabiis translatus et sacris servatus. Serv.: *G. C. est toga sic in tergum reiecta, ut ima ejus lacinia a tergo revocata hominem cingat, simul caput tegat et ambiat.* Vide vett. monumenta, inprimis nummos.
Galaeso fl. Tarentinorum ager fertilissimus irrigatur. G. 4, 126.
Galatea Nerine, a Polyphemo compellata, E. 7, 37.
galbanum, succus ferulae nascentis in Syria, cujus usti nidore serpentes fugabantur, G. 3, 415; 4, 264.
galla, excrescens in glandiferarum quarundam arborum foliis tumor, insectis gravidus, adstringentem habet naturam, itaque profluvium sistit alvi, quo apes e quodam pabuli verni genere laborant. Colum. 9, 13, 2; Varro 3, 16, 22. G. 4, 267.
Gallorum habitus A. 8, 659.
Corn. Gallus, poëta nobilis et a Virgilio magni factus, sed homo flagitiosus. Vide Clav. Cic. et Vita Virg. Heyn. ad a. U. C. 728. E. 10.
Gangaridae, Indi ad Gangis ostia habitantes ab occidentali parte, G. 3, 27. Indi legatos ad Augustum miserunt amicitiae petendae causa, teste Suetonio Oct. 21.
Ganges pulcher G. 2, 137.
Ganymedes Troïs, regis Trojanorum, fil. A. 5, 252. Cf. Iulus.
Garamantes ultimae Africae pop. post Gaetulos E. 8, 44.
Garganus Apuliae m., hodie monte di S. Angelo, A. 11, 247.
Gargara, Gargarus, pars Idae m. in Phrygia, G. 1, 103; 3, 269.
Gela, Siciliae urbs, unde dicti Geloi campi A. 3, 701, 2.
Geloni, pop. Sarmaticus ad Borysthenem, qui corpora pingebant, more barbarorum, G. 2, 115; 3, 461. Cf. A. 4, 146 etc.
gemma, poculo gemmeo, sive ex gemma facto, G. 2, 506.
Genius loci A. 7, 136. G. 1. aut famulus Anchisae defuncti creditus serpens, A. 5, 95.
Germania E. 1, 63.
Geryones, rex Hispaniae tricorpor, ab Hercule occisus, ejusque boves abacti, A. 8. 202.
Getae pop. Scythicus ad Istri ostia G. 3, 462.
Gigantes G. 1, 280.
gilvus (gelb) medius color inter album et rufum, qui ad mellis proxime accedit, G. 3, 83.
Glaucus e piscatore factus maris deus G. 1, 437. alius, Sisyphi fil., Potniis habitans in Boeotia, qui cum equas admissura prohiberet, quo velociores essent,

Venere instigante mordicus ab iis discerptus est, G. 3, 267. ibique Serv.
Gnosia seu Cnosia, Cretica, ab urbe Gnoso seu Cnoso, G. 1, 222, h. e. Ariadnae, regis Cretensium filiae, cujus corona in astra relata est.
Graecorum virtutes A. 6, 845.
Gratior et pulchro veniens in corpore virtus A. 5, 344.
graves, graveolentes, ut ulcus putre, G. 3, 415.
Graviscae, urbs Etruriae, sita in palustri planitie sub montibus Cornetanis a laeva Martae fl., *intempestae* dictae ob gravem aërem, A. 10, 184.
Gryneum, τὸ Γρύνειον, oppidum Aeolidis in Asia minore, Apollinis fano et oraculo nobile, E. 6, 72; A. 4, 345.
Gyaros Cyclas A. 3, 76.
habendo, dum manibus habetur, G. 2, 250; A. 12, 88. Lucret. 1, 313.
habere, habitare, A. 7, 131.
haec, quae narravit Peleus, G. 4, 509.
Haedi. v. Arcturus.
Haemus m. Thraciae, G. 1, 492. Lucan. 1, 680: *latosque Haemi sub rupe Philippos*. G. 2, 488.
halcyones G. 1, 399; 3, 338. Aves, quae raro in conspectum veniunt, nec nisi Virgiliarum occasu, tempore pluvioso et circa solstitium brumale. Plin. 10, 32, s. 87. Aristot. H. N. 5, 9.
Harpalyce, Harpalyci, regis Thracum, filia venatrix, A. 1, 317.
Harpyiae A. 3, 211 seqq.
haud mora pro adverbio *statim* vel simili positum, A. 11, 713 etc.
haurire oculis A. 12, 946.
Hebrus fl. Thraciae E. 10, 65 etc.
hedera alba seu pallens, quia ejus plantae genus est colore albo, aliud nigro, E. 3, 39; 7, 38; G. 2, 258. *hederae doctarum praemia frontium* Hor. Od. 1, 1, 29. E. 7, 25.
Helenum, virum me mortalem, neque ad Parcarum secreta admissum, A. 3, 380.
Helenus, Priami fil., vates, rex Epiri factus post Trojae excidium A. 3, 295 seqq.
Helicon, m. Boeotiae, prope Thebas, Apollini et Musis sacer, A. 7, 641 etc.
Helorus fl. in littore orientali Siciliae, paulo supra Pachynum promont. A. 3, 698.
herbae. v. Sardoae.
Herculis facta A. 8, 288 seqq.
Herilus, Praenestinorum rex tricorpor, ab Evandro occisus, A. 8, 563.
Hermione, Helenae filia, A. 3, 328.
Hermus Lydiae fl., aurum vehens, G. 2, 137; A. 7, 721.
heroës, viri fortes, A. 5, 684.
Hesiona, Telamonis uxor, A. 8, 157.
Hesperidum mala pro aureis dicta E. 6, 6. earum templum A. 4, 484.

Hi motus animorum etc. G. 4, 86.
Hiera. v. Iaera. Illud vitiosum.
Himella. v. Casperia.
Hippodame, Oenomai, regis Pisae urbis in Pelloponneso filia, quam Pelops cursu quadrigarum obtinuit, G. 3, 7.
Hippolyte, Amazonum regina, ab Hercule victa, A. 11, 661.
Hippolytus. v. Virbius.
hippomanes G. 3, 280; A. 4, 515.
hircos mulgere, proverb. in rem inutilem, E. 3, 91.
hoc, τῷ Homer., hac re, propterea, G. 2, 425. Hoc habet, solemne verbum de accepto vulnere letali, A. 12, 296. hos. horum animos, A. 5, 231.
Homerus Colophoniacus Cir. 65.
Homole m. Thessaliae A. 7. 675.
honestum caput, honoratum, pulcrum, G. 2, 392; A. 10, 133.
honor deorum, sacrificium, G. 3, 486, A. 3, 177.
Hora, oppidum Etruriae ad ostia Naris, qua Tiberi immittitur, A. 7, 716.
Horatius Cocles A. 8, 650.
horrens, horrida propter hispidum corticem, G. 2, 69.
hostiae humanae A. 10, 517 seqq.
hyacinthi ferruginei G. 4, 183. Gloss. vet. ap. Fabrum: *Ferrugo*, πορφύρα μέλαινα. Cf. E. 2, 18. v. Hibera et J. H. Voss. ad G. 4, 137.
Hyades, Suculae, in capite Tauri, quae oriuntur Non. IV. Junii, G. 1, 138.
Hybla Siciliae m., thymi et salicum copia abundans, E. 1, 55.
Hydaspes Medus. v. Persarum vetus etc.
Hylaeus Centaurus G. 2, 457.
Hylas Argonauta, raptus a Nymphis in Mysia, et frustra ab Hercule quaesitus, E. 6, 33; G. 3, 6, ubi dicitur pro omnibus Argonautis, quorum res gestas multi poëtae cecinerunt.
Hyperboreus, Scythicus, septentrionalis, G. 3, 196, 381.
Hypanis Sarmatiae fl., hodie dictus Bog, G. 4, 370.
I littera pro consona G. 1, 482. (Fluviorum rex Eridanus etc.) A. 2, 16 (abiete), 442. Et ita expediveris locos illos, ubi prior u littera in *connubium* corripi videtur, velut A. 1, 73; 3, 136, quae alibi producitur ex regula.
I, vel I nunc, κατ' εἰρωνείαν, A. 7, 425; 9, 634.
iacit, loquitur, G. 4, 294. v. praefat.
Iaera A. 9, 673.
iamdudum, quam primum, A. 2, 103.
Ianus et Ianiculum A. 8, 357.
Iapetus, Titan, Promethei pater, G. 1, 279.
Iapis Iasides, medicus A. 12, 391.

Iapydes, Illyrici pop., G. 3, 475.
Iarbas, Jovis Hammonis fil., rex Numidiae, A. 4, 36, 198 seqq.
Iasius, Dardani frater, A. 3, 167.
Ibera sive Hispana purpura ferruginei seu nigricantis coloris A. 9, 582. Cf. v. hyacinthi etc.
Iberi, Hispani, latrociniis infames, G. 3, 408.
Ida Nympha A. 9, 177.
Idaeus. v. styrax.
Idalium, τό Ἰδάλιον (ὄρος), m. in Cypro ins., Veneri sacer, A. 1, 681.
idem, similis, A. 7, 321.
Idomeneus, rex Cretensium, incerta de causa actus in exilium a populo post bellum Trojanum, A. 3, 122; 11, 264.
Idume sive Idumaea pro tota Judaea dicitur, quae regio palmis frequens, G. 3, 12.
ignescunt irae A. 9, 66.
Ignipotens, Vulcanus, A. 8, 414.
ignobilis, ignotus, ut recte explicat Serv.; vel is, qui nosci non posset, A. 7, 776.
Ilia A. 6, 776.
Ilione, Priami filia, A. 1, 653.
ille, ille notus, ut *ille Jupiter* A. 7, 110; *ille Simoïs* A. 11, 257, *illa Fides* Cul. 227, et passim. *Ille* pro *aliquis*, ut videtur, A. 11, 809.
Illi inter sese etc. G. 4, 174; A. 8, 452.
illusas auro vestes G. 2, 464, *in quibus artifex ludens auro aliqua depinxit*, Serv.
Ilva, nunc Elba, ins. urbi Populoniae obiecta, olim aeris, post ferri fodinis nobilis, A. 10, 173.
Ilus. v. Iulus.
imago vocis offensa G. 4, 50.
immanis dicitur Gela urbs Siciliae, fertilissimis campis clara, A. 3, 702., h. e. ingens, potentissima, ut quae Syracusis diu restiterit, cujusque colonia fuerit Agrigentum, non minus potens. Cf. A. 4, 199; 6, 17.
Improbe amor etc. A. 4, 412.
in ordine E. 7, 20, ordine, ut G. 4, 4 etc. in plumam, in plumae speciem, A. 11, 771.
Inachus rex et fl. Argolidis, A. 7, 792.
Inarime seu Pithecusa, quae et Aenaria dicitur, ins. non procul ab ostio Tiberis, nunc Ischia, A. 9, 716.
incidere animos A. 9, 721. lites, praecidere, E. 9, 14.
incrementum Jovis, soboles, alumnus, E. 4, 49.
Indigetes, inquit Serv., ad G. 1, 498., *proprie sunt dii ex hominibus facti*; velut Aeneas, qui dictus est Jupiter, seu Pater Indiges, A. 12, 794.
Indis, Aethiopibus, ut late patere solet Indiae nomen, G. 4, 425. Cf. ibid. 116.
indubitare A. 8, 404.
infula G. 3, 487. Serv. ad A. 10, 538.: *Infula est fascia in modum diadematis, a qua vittae ab utraque parte dependent*. Circumdabatur autem victimarum capitibus. Cf. lexica.

ingratus salutis (causa), A. 10, 666.
injustus, justo gravior, G. 3, 347.
insincerus sanguis, corruptus ex putredine, G. 4, 285.
insistit, cogitat, A. 4, 533.
inspicare, in spicae formam sive in acutam cuspidem concidere. *Spicatas faces* habet Grat. Cyneget. 484, quas pro oleo ad lucendum rustici adhibent. G. 1, 292.
instar, imago, effigies, exemplar, ut apud Suet. A. 6, 863.
interlegere, hic illic legere. Pallad. Febr. c. 25.: *Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quaeque vitiosa.*
intonsi montes E. 5, 63.
Inuus ex Faunis veterum Italorum fuit, Castrum Inui colonia vetus Latinorum, ut et Bola, quamvis illud oppidum in Rutulis situm esset, hoc in Aequis. A. 6, 773.
Io, Inachi filia, a Jove amata, quam Juno in vaccam mutavit etc., A. 7, 789.
Ionium, Ionium mare inter Italiam et Graeciam, G. 2, 108.
Iopas, citharoedus, quod genus hominum crinem alebat, A. 1, 740.
ipse, sponte sua, non alio auctore, G. 1, 34; A. 2, 321.
ira deorum, Harpyiae, A. 3, 215.
ire Afros, ire ad Afros, E. 1, 65.
Iris. v. Thaumantias.
is porrectum in verbis *pulvis* et *sanguis* A. 1, 478 et 10, 487, utrobique in caesura.
Ismara, Ismarus, m. Thraciae versus Aegaeum mare, E. 6, 30; G. 2, 37.
Italiae laus G. 2, 136 seqq. 165 seqq. Abundabat Italia argento, aere, omnibusque metallis; sed ea exercere SCto erat vetitum. Plin. H. N. 3, 20 s. 24. In Pado auro segmenta reperiri idem tradit 33, 4. Italiae vetus disciplina et vita, quae in Sabinis diutissime viguit, A. 9, 603 seqq.
Italus rex A. 7, 178.
Ithaca ins, A. 3, 272.
Ituraei, Arabes latrones in Syria ad Jordanem fl., sagittandi artis peritissimi, G. 2, 448.
iubae, cristae galearum, A. 2, 412.
Iulia gens. v. Iulus.
Iulus sive Ascanius, Aeneae fil. A. 1, 267; 8, 556 etc. Ab eo duci solebat gens Julia: nam a Jovis et Electrae filio Dardano ortus credebatur Erichthonius, cujus fil. Tros Ilum Ganymedem et Assaracum genuit. Ex Ilo Laomedon, Priamus; ex Assaraco Capys, ex hoc Anchises, Aeneae pater; ex quo et Creusa Ascanius. Venisse autem in Italiam creditur Aeneas a. ante Christ. 1179, ante Romam conditam 429, biennio post captam Trojam.

Iuno inferna, Proserpina, A. 6, 136.
Iupiter auctor agriculturae G. 1, 125 seqq. ejus lucus Olympiae, in quo erat stadium, G. 3, 181. Stygius A. 4, 638.
iusiurandum deorum per Stygem A. 11, 816.
Iuturna Nympha, soror Turni, A. 10, 439 etc.
Ixion, rex Lapitharum, incerto genitus, Pirithoi pater, secundum Apollod. 1, 8, Junonis tentator, G. 3, 38; A. 6, 599. *Ixionii orbis vento consistere rota* dicitur G. 4, 484., quae vento seu procellae, qua ipsa sive orbis Ixionius circumagebatur, restitit, vel eo vento cessante stetit.
labi fluctu A. 10, 687. pennis, volare, A. 4, 223. polo (vom Himmel herabschweben). A. 11, 580. Cf. rotarum lapsus.
Labicum antiquissimum Latii oppidum, colonia Albanorum, A. 7, 796.
Labor omnia vincit G. 1, 145.
Labyrinthus Cretensis A. 5, 588.
lacessere bella, A. 11, 254. v. fatigare.
Lacinia Juno, dicta a templo in promontorio Lacinio, quod templum 6 millia aberat a Crotone, A. 3, 552. Promont. illud antiquitus appellabatur Caulon seu Caulonia.
lacrima alicujus rei, quae propter eam effunditur, A. 1, 462; 2, 784.
laetari malorum A. 11, 280. Virg.
laetitia dei A. 1, 636. v. Virg. Virg.
Lageos (Λάγειος) vitis graeca parum cognita Plin. 14, 3. G. 2, 93.
lagunae, lagenae, ut in inscriptione ap. Gruter. Inscriptt. 778. G. 3, 365.
lanae vellera in coelo G. 1, 397.
Laodamia, Protesilai uxor, A. 6, 445.
Laomedonteae, quae Laomedontis fuit, ut qui ibi regnaverit, G. 1, 502. Cf. Iulus.
Lapithae, pop. Thessaliae, G. 3, 115. ap. Inferos A. 6, 599.
lappa, ἀπαρίνη, Kletten, G. 1, 153.
Larius lacus permagnus sub Alpibus in agro Mediolanensi, nunc Lago di Como, G. 2, 159.
Latinus rex A. 7, 45 etc.
Latium unde dictum sit, A. 8, 322.
Latonia. v. Delos.
Laurens ora A. 10, 706. Cf. sequentia.
Laurentia palus silvosa prope Laurentum oppidum inter Ardeam et Tiberim, versus mare Tyrrhenum A. 10, 709.
Lausus. v. Mezentius.
Leander, Hellespontum tranans propter Herus amorem, G. 3, 259 seqq.
Leleges et Cares ab ora maritima Asiae minoris in interiora terrae repressi ab Ionibus, A. 8, 725.

Lenaeos latices, Bacchicos, vinum, G. 3, 510.
lens praestans et copiosa in Aegypto; unde G. 1, 228. *Pelusiaca* dicitur, h. e. Aegyptiaca, ab urbe Pelusio, sita ad extremum Nili ostium, Arabiam versus.
leones bini Phrygii, matri Idaeae sacri, A. 10, 157. Poeni, Africani, E. 5, 27.
letat Cul. 325.
Lethaeus amnis A. 6, 703. somnus G. 1, 78.
Letum G. 4, 481.
Leucates, ὁ Λευκάτης, promont. Epiri, amantium saltu nobile, A. 3, 274.
liba adorea, placentae ex farre, quibus alios cibos Trojani forte imposuerunt, A. 7, 109.
Liber G. 1, 7.
Libethros, Libethra, Libethron, antrum cum fonte in m. Helicone E. 7, 21.
Libycum pecten telarum, factum ex ebore Libyco, Cir. 179.
Ligures A. 10, 185. fraudulenti A. 11, 701, 715 sequ.
Lilybeum Siciliae promont. australe Africaeque oppositum A. 3, 706.
Linus poëta vetus E. 4, 57. pastor E. 6, 67.
Lipare, ins. Aeolia, A. 8, 417.
liquefactum plumbum A. 9, 588. Liquefieri volando plumbum fundae credebant.
liquida mella, pura, faece ac sordibus non crassa, G. 4, 102.
lita, illita, inducta, G. 4, 99.
loco statuere, locum restituere, A. 12, 506.
Locri Epizephyrii in Bruttiis, coloni Locrorum Opuntiorum, quorum urbis Narycis rex fuit Oïleus, Ajacis alterius pater, A. 3, 399. Locrorum Ajacis Oïlei comitum nonnulli in Africam delati post bellum Trojanum, A. 11, 265.
lolium, lolium, temulentum, Linn., Lolch, G. 1, 154.
lorica bilix, trilix, e duplicatis vel triplicatis hamis constans, A. 3, 467; 5, 259; 7, 639.
lotus, genus arboris, in Italia frequentis, dulcissimo fructu, quem zizyphum seu jujubam nostram putant, G. 2, 84. herba pratensis, pecori grata, Steinklee, G. 3, 394.
Luciferi primo cum sidere G. 3, 324. ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι, Franc. Guyet. in nota Ms.
Lucrinus lacus G. 2, 161. Suet. Oct. 16.: *Bellum Siculum* (contra Sext. Pompejum) *inchoavit in primis, sed diu traxit, intermissum saepius, modo reparandarum classium causa, quas tempestatibus, duplici naufragio, et quidem per aestatem, amiserat; modo pace facta flagitante populo ob interclusos commeatus famemque ingravescentem; donec, navibus ex integro fabricatis, 20 servorum millibus manumissis et ad remum datis, portum Julium apud Bajas, immissa in Lu-*

crinum et Avernum lacum mari, effecit.
ludens Fortuna A. 11, 427.
lumen, oculus, A. 2, 754.
lupa Romuli et Remi, A. 8, 630.
Luperci, Panis sacerdotes, A. 8, 663.
lupi prius aliquem adspicientes, quo facto mutescere credebatur, E. 9, 54.
lutum, syllaba priore longa, herba, cujus succo vestes inficiebantur, Cir. 317. Tibull. 1, 8, 46: *Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.* Quod sic vertit clariss. J. H. Voss.: *Aber zur Ferse hinabfliessendes Safrangewand.* Et in nota dicit: Die Festfarben des Alterthums waren Höchgelb und Purpur. Vid. ibidem Heyn.
Lycaeus, τὸ Λύκαιον, m. Arcadiae, E. 10, 15.
Lycaon Gnosius A. 9, 304.
Lycia fertilis A. 7, 721., ubi Heyn.: Lycia, aspera et saxosa regio, nescio an alibi fertilitatis laude celebretur. Fidem tamen poëtae facit Phrygiae et Lydiae, quam Hermus alluit, vicinia.
Lycisca, canis, E. 3, 18.
Lyctius, Lycto, urbe Cretae, oriundus, E. 5, 72. pro Cretensi dictus A. 3, 401.
Lycus Ponti fl. G. 4, 367.
Lydia ingens. Vide v. Persarum vetus etc.
Lydius, Tuscus, quia Tusci sive Etrusci a Lydis originem repetebant, A. 2, 781; 8, 479; 12, 375. C. Cilnius Maecenas, eques, e gente Cilnia, quae Arretio Etruriae oppido erat oriunda, et Lucumonibus, Etruscorum optimatibus, accensebatur, Augusti gratia ita floruit, ut is etiam annulum suum ei et Agrippae committeret secundum Dionem 51. init. Cf. Meibom. Maecen., Dempster. Etrur. reg. 2, 54, Niebuhr. Hist. Rom. 1. pagg. 80 sequ. Praefectus Urbi fuit a. U. C. 734. Diem obiit a. U. C. 746. vel 747., 4. vel 3. ante Christum natum anno ante Horatii mortem, quem et Virgilium inprimis dilexit, beneficiisque sibi variis obstrinxit. G. 1, 2.
Maenalus, Maenala, m. Arcadiae, cantu pastorum celeber, unde dicuntur *versus Maenalii* E. 8, 21, 22 etc.; 10, 55; G. 1, 17.
Maeonii Bacchi, Lydii, Tmolii, quod vinum praestans, G. 4, 380.
Maeotia unda G. 3, 349.
Maja pro Pleiadibus dicta G. 1, 225.
male, vix, G. 1, 360, 448 etc. male amicum A. 2, 735.
Malea promont. Laconicae procellosum. A. 5, 193.
malo, aerumnis, miseriis, κακοπαθείᾳ: nam Ligures agrum exilem et saxosum colunt, G. 2, 168. Cf. A. 9, 603 seqq.
mane novum G. 3, 325.
M. Manlius, servator Capito-

lli, cum in eo esset, ut id a Gallis caperetur, A. 8, 652.
Mantua, urbs Galliae transpadanae clarissima, à Mantone, filia Tiresiae, dicta, E. 9, 27 sequ.; A. 10, 200. Ejus cycni G. 2, 199.
manus, facta, A. 6, 681. opus 11, 439.
mapalia, casae sen tuguria cannis ferulisve confecta in coni seu furni aut carinae speciem, sparsim solo fixa, seu plaustris imposita, *mobilia*, ut ex Sallustio Jug. 21. notum. G. 3, 340.
M. Claud. Marcellus, bello Pun. 2. clarus, qui Gallorum Insubrium ducem occidit Virdomarum, et tertia post Romulum et Cossum spolia opima dicavit Jovi Feretrio, A. 6, 853.
Mareoticum vinum, appellatum a lacu Mareotide super Alexandriam, G. 2, 91. Hor. Od. 1, 37, 14.
Marii G. 2, 169.
marmor, mare, A. 7, 28. Cf. 6, 729.
Marrubia, Marsorum metropolis, A. 7, 750.
Marsi, fortissimi pedites, et Sabini, severae disciplinae adsueti, primo inter Italiae populos loco memorari solent. G. 2, 167. Marsi serpentum incantationibus et veneficiis infames, A. 7, 753.
Martis equi, noti ex Iliad. ὁ, 119 (Δεῖμος et Φόβος), G. 3, 91.
masculum thus optimum, alias *stagonias* appellatum, quia rotundum erat in guttae speciem, E. 8, 65.
Massicus m. Campaniae ad Sinuessam, vitium ferax, G. 2, 143.
Massyli, Afri, in mediterranea parte Mauretaniae circum Syrtes et ad m. Atlantem habitantes, A. 6, 58.
Massylia A. 4, 132.
matres, foeminae, pars pro toto, G. 4, 520; A. 7, 813; 9, 272. Alibi tamen distinguuntur a nuribus, velut A. 11, 215.
Mavortia tellus, Marti sacra Thracia, G. 4, 462.
Maurusia, Maura, A. 4, 206., ubi Heyn: Mauri, inquit, vel Mauretani, quibus h. l. Iarbas imperare traditur, apud Justinum 18, 6. *Muxitani* sunt, iidem fortasse, qui *Mazyes* vel *Maxyes*, Nomadum genus, sive improprie Mauri a poëtis dicti (infra 320 *Nomades*), sive illi ab initio eas terras tenuerunt, quas postea Numidae occuparunt; quanquam et hi origine Mauri esse potuere: nam *Numidarum* nomen non tam stirpem, quam vitae genus, Nomadum, designat, pluribus diversae stirpis populis commune.
Medica, herba pecori gratissima, a Persis advecta in Graeciam, et inde propagata, Lucerne, G. 1, 215. Medica mala (Citronen) G. 2, 126. Eorum succus dicitur tristis, h. e. acidus et pungens, saporque tar-

dus, ut qui palato diutius inhaereat. Habita sunt pro antidoto venenorum.
medium coeli et terrae A. 4, 184.
Megara Hyblensia, dicta olim Hybla parva, non longe a Syracusis, A. 3, 689.
Melampus, fil. Amythaonis, qui fuit Aesonis frater, augur celeber, G. 3, 550.
Meliboea ins., in Orontis, Syriae fl., ostiis sita, A. 5, 251. Frequentes in eo littore murices, unde dicitur purpura Meliboea.
Meliboeus A. 3, 401, h. e. Meliboeensis, dicitur Philoctetes, Meliboea, urbe Thessaliae, oriundus, unde, Troja redux, per seditionem fugit, condiditque Petiliam seu Peteliam, oppidum in Bruttiis.
Melicertes, Inus fil., deus maris, G. 1, 437.
melisphyllum seu melissophyllum, apiastrum, vulgo Melisse, G. 4, 63.
Mella fl. prope Brixiam G. 4, 278.
Memmii unde originem ducant, A. 5, 117.
mergite, manipulo spicarum, G. 2, 517.
merops avis, apibus inimica, Bienenspecht, G. 4, 14.
Messapus, Neptuni fil. invulnerabilis, A. 7, 691.
Metabus, Camillae pater, A. 11, 540.
Methymna urbs in Lesbo ins., vino nobilis, G. 2, 90.
Metus seu Mettus Fuffetius, Albanorum dux perfidus inventus in bello Romanorum adversus Vejentes et Fidenates, quem victor rex Tullus Hostilius in diversum concitatis equis discerpi jussit. Liv. 1, 28. A. 8, 642.
Metus personificatus G. 3, 552.
Mezentius, dux Etruscorum, Lausi pater. A. 7, 647. tyrannus saevus A. 8, 482 seqq.
mi pro mihi ante consonam A. 6, 102, 121.
Milesiae lanae tinctae nobiles G. 3, 306.
Minoius fl., qui non longe a Mantua lacum efficit, et palustres habet ripas, E. 7, 13; G. 3, 15.
Minerva, oleae inventrix, G. 1, 18. Ejus templum ab Idomeneo, ut ferebatur, conditum in Iapygiae dorso adversus Ceraunia, ubi et portus, A. 3, 531.
Minio fl. Etruriae, haud longe a Centumcellis, hodie Mugnone, A. 10, 183.
Minotaurus A. 6, 24.
mirari alicujus rei, graece dictum, A. 11, 126.
Misenus, Hectoris olim comes, A. 6, 160.
molles (castaneae) maturae, Octobre et Nov., E. 1, 82.
Molorchus Cleonaeus, homo de plebe et mercenarius, qui tamen hospitio Herculem excepit, occiso leone ludos Nemeaeos restituentem, G. 3, 19.
Molossi canes et Spartani G. 3, 405. Hi quidem sagaces inprimis erant velocesque, proptereaque venationi adhibebantur; qui Amyclaei

vocantur 345. Molossi sive Epirotici canes gregum inprimis custodes. Quanquam Horat. Epod. 6, 5, permutatis hisce inter se partibus:
Nam qualis aut Molossus
aut fulvus Laco,
Amica vis pastoribus,
Agam per altas aurè sublata nives,
Quaecunque praecedèt fera.
Monoeci arx, promont. cum portu et templo Herculis Monoeci sub Alpibus maritimis, non longe a Nicaea, ubi nunc Monaco, A. 6, 631.
monstrare, jubere, G. 4, 549.
monstrum, res praeter naturam facta, G. 4, 554.
Monstrum horrendum etc. A. 3, 658.
Morbi G. 3, 552.
Morini, pop. in extrema Gallia Belgica ad fretum Britannicum, A. 8, 727.
moveri, mutari, A. 3, 700.
Multa dies variique labor mutabilis aevi Retulit in melius A. 11, 425.
multum, grave, utile, G. 2, 272.
L. Mummius Achaïcus, qui Corinthum delevit a. U. C. 606, ante Christ. 144., quo anno diruta etiam Carthago, A. 6, 834.
munere, officio, pietate in defunctam, G. 4, 520.
Musa, carmen E. 1, 2; 3, 60; 8, 1. Musae Sicelides, Theocriti Syracusani, E. 4, 1.
Musaeus, vates antiquissimus, cujus magna olim auctoritas fuit propter institutas ab eo religiones et mysteria, A. 6, 665.
mutare magno, emere aut vendere magno pretio, G. 3, 306.
Mutusca A. 7, 711 est Trebula Mutusca, non longe a vico, quem nunc Oliveto dicunt, quo ipso nomine epitheton *oliviferae* declaratur.
Myconos Cyclas A. 3, 76.
myrtus Veneri sacra G. 2, 64.
Mysia, regio Asiae minoris ad Hellespontum et Aegaeum mare, agricultura nobilis, G. 1, 102.
nam quis, quisnam, G. 4, 445.
Napaeae, Ναπαῖαι, α νάπη seu νάπος, Nymphae fontium et silvarum, G. 4, 535.
Nar fl. A. 7, 517. v. Triviae lacus.
Narycium, Locrorum urbs Epicnemidiorum, Ajacis alterius patria, unde in Italiam deducta colonia Locros condidit in Bruttiis. Expetebatur autem pix Bruttia, praesertim ea, quae fiebat in m. et silva Sila (A. 12, 715. Strab. 6. p. 400. B.) G. 2, 438
Naryx seu Narycium, urbs Locrorum Opuntiorum, ex adverso Euboeae ins., A. 3, 399.
Natura G. 1, 61.
naves Aeneae in nymphas aequoris mutatae, A. 9, 117 seqq. Cf. 10, 219 seqq.
nautae miseri G. 3, 313.
Neptunus creator equi G. 1, 14.

Nereus, deus maris antiquissimus. Hesiod. Theog. 233 — 392. G. 4, 392. dictus pro ipso mari A. 10, 764.
Neritos ins. prope Ithacam. Mela 2, 7. A. 3, 271.
Nescia mens hominum etc. A. 10, 501.
Niphates Armeniae fl. G. 3, 30. Parthi Armenia cesserunt, et signa militaria M. Crasso ademta reddiderunt, oblatis etiam obsidibus, a. U. C. 734, ante Christ. 16.
Nisus et Euryalus A. 5, 294; 9, 176 etc.
Nisus, rex Megarensium, Minoï II., regi Cretensium, a filia Scylla, secto ipsius capillo purpureo, proditus, et in haliaeetum mutatus, sicut filia in cirin, G. 1, 404 seqq., Cir. 112, 537.
nomen loco pronominis significanter A. 5, 194, 354; 10, 677; 11, 537 etc.
Nomentum, Latii oppidum vetus, A. 6, 771.
nominat. pro vocativo, graece, A. 11, 464, 5.
Noricum, terrae, quas hodie occupat episcopatus Salisburgensis, magna Austriae pars cum Stiria et Carinthia, ferri fodinis nobiles, quanquam Norico ferro Sericum et Parthicum Plin. anteponit H.N. 34, 14. Montani ibi in castellis habitabant, ut Alpium incolae. G. 3, 474.
nostro numine, propitio, A. 2, 396.
Notus ventus perniciosus G. 1, 444. Ejus et Austri nomina promiscue usurpantur a poëtis.
nova, insolenti, inaudita, G. 3, 370.
nubes, examina, G. 4, 557.
Numa rex Rom. A. 6, 806.
numero, *rationabiliter*, ait Serv. A. 11, 599. Possis et interpretari *cito*, ut apud Plautum.
numerus impar sanctus, inprimis ternarius, E. 8, 75. in numerum, κατὰ ῥυθμὸν, E. 6, 27, G. 4, 175.
Numicius fons et amnis in Latio, unde Vestae libari fas fuit, A. 7, 797.
nunc, igitur? E. 1, 74. pro tunc G. 2, 55.
Nursia, nunc Norcia, Sabinorum civitas, versus fontes Naris fl. in montibus sita, A. 7, 716.
nutritor imperat. pass. pro nutrito, G. 2, 425.
Nysa urbs Indica ad montem cognominem, A. 6, 803.
O correptum ante vocalem, ut et aliae vocales longae nonnunquam corripiuntur, more graeco, E. 2, 65; G. 1, 281 (Pelio Ossam), 332. neque correptum neque elisum G. 1, 437 (Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae).
O mihi praeteritos etc. A. 8, 560.
Oaxes E. 1, 66. J. H. Vossio dictus videtur pro Oxo fl., qui ab oriente in mare Caspium influit. Cf. Bactra.
obtusa pectora, stupida, A. 1, 567.
Oceani amnes, quia terram

ambire Oceanus credebatur more amnis, G. 4, 233.
Ocnus. v. Bianor.
Octavius Cul. 1. videtur esse historicus ille scriptor, cujus mentio fit apud Horat. Sat. 1, 10, 82, morsque defletur Catal. 14.
odora, odorem sequens, A. 4, 132.
Oeagrus, rex Thracum, Orphei pater; unde Hebrus fl. dicitur Oeagrius, h. e. Thracius, G. 4, 524.
Oebalia G. 4, 125. dicta arx Tarenti, h. e. Spartana, ab Oebalo, vetere Spartanorum rege, patre Tyndarei. Occuparunt arcem eam Parthenii, duce Phalantho, a. U. C. 107, ante Christ. 643. Alius Oebalus ille est, de quo v. Teleboae.
Oenotri, Oenotria, A. 3, 165; 7, 85 etc. Oenotrus, Lycaonis fil. natu minor, sumtum et colonos praebente fratre Nyctimo, ex Arcadia profectus dicitur in Italiam, eamque suo nomine appellasse.
olentia, grave olentia, G. 2, 134.
Olympici ludi. v. Pisa.
omina (auspicia) repetere, ut faciebant interdum Rom. imperatores, cum ex castris domum revertebantur ob malum omen, quod inciderat, etc. A. 2, 178.
onager, asinus ferus in Phrygia et eo tractu, Syria, Arabia atque Africa, G. 3, 409.
Opis, nympha Dianae, A. 11, 532.
Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi Prima fugit etc. G. 3, 66.
orbes, vias flexas, A. 12, 481 etc.
orbita proprie vestigium rotae decurrentis, G. 3, 293.
orchades G. 2, 86. sunt oleae oblongi generis, sicut *radii* longioris. *Pausiae* virides et acerbae (*amara bacca*) leguntur. Colum. 12, 47, 1.
ordine uno, uno loco, A. 2, 102.
Orestes furiatus A. 4, 471.
orgia Bacchi nocturni G. 4, 521.
orichalcum A. 12, 87., ad quem locum sic Heyn.: Cum de metallis omnino multa, fide parum explorata, crediderit vetustas, etiam pretiosum aliquod et auro proximum metallum narrant poëtae ὀρείχαλκον (v. c. hymn. Homer. 5, 9), male a nonnullis redditum aurichalcum; cf. h. l. Serv. Fuisse illud aeris genus aliquod pallidius, ex Virgiliano l. l. colligitur; v. Bochart. Hieroz. P. 2, 6, 16. Hoc melius, quam quod Serv. affert, album dici auri comparatione: nam per se album non esse. Nisi *album* simpliciter ad splendorem spectat, uti Hesiod. Sc. Herc. 122. ὀρειχάλκοιο φαεινῷ dixit; quod jam Cerda aliique maluerunt. Adde Apollon. 4, 973. cum Schol.

Winkelm. Monum. ined. 2. p. 172. alia profert parum subtiliter dicta; in hoc tamen audiendus; quod albo ejusmodi metallo vasa in Museo Herculanensi extare narrat. Locus Plinii 34, 2. accuratiore tractatione indiget; manifestum tamen ex eo fit, veteres nativum aliquod aes candidum notum habuisse, simile vulgari huic (Messing), ad quod vulgo nomen est traductum. Vid. J. Beckmann. ad Aristot. Mir. aud. p. 132.

Oricia terebinthus, ligno nigro et lento diuque durante, frequens circa Oricum, Epiri urbem ad sinum Ionium, A. 1, 136.

Orion, rex urbis Tenagrae in Boeotia (si quidem Hyrieum patrem ejus fuisse credamus Tzetzae apud Natal. Com. l. 8. c. 13. p. 871; certe ibi sepultus fuit: Paus. Boeot c. 20.), statura gigantea; unde per mare incedere dicitur A. 10, 763 seqq.; venationi inprimis deditus. Ejus sideris ortus procellosus. A. 1, 535 etc.

Orithyia, Erechthei, Athenarum regis filia, rapta a Borea, rege Thraciae, equis a Borea, rege Thraciae, equis alendis claro, G. 4, 463; A. 12, 83.

Orpheus et Eurydice G. 4, 454 seq.

Ortygia, Siciliae adjacens insula, in qua fons Arethusa, A. 3, 694. Cf. Delos.

Osci sive Opici proprie idem populus atque Ausones et Volsci; post ita appellati sunt Sabelli seu Samnites illi, qui in Campaniam migrarunt secundum Niebuhr. Hist. rom. 1, 48 seqq. A. 7, 730.

oscilla, αἴωρας, personas e corticibus factas, quales, ex arboribus suspensae, etiamnum conspiciuntur in gemmis artisque monumentis, G. 2, 389.

Osinius, Clusinorum rex, A. 10, 655.

ostro Tyrio conspectus dicitur poëta G. 3, 17, tanquam magistratus ludos editurus, qui praetexta indutus erat.

Othrys m Thessaliae A. 7, 675.

ovantes gutture corvi G. 1, 423.

Pachynum, Siciliae promontorium australe, A. 3, 429.

Padus, Graecis dictus Eridanus, Italiae fl. prope Patavium celeberrimus, A. 9, 680.

Padusa unum e duobus tum Padi ostiis (nam hodie sunt 7), et quidem orientale, quod prope Spinam mare excipit, A. 11, 457.

Paeoniis, Apollineis, Aesculapii, A. 7, 769.

Paestum, seu Posidonia, Lucaniae urbs ad sinum Paestanum, non longe a Silaro fl., rosis clara apud poëtas, nuper ruinis repertis celebrata. *Biferi, in quo uno anno bis nascitur rosa*, inquit Serv., ut de Mileto Aethlius tradidit secundum

Athenaeum 14. c. 19. p. 379. Schweigh.: σῦκον καὶ ῥόδα δὶς τῦ ἐνιαυτῦ ἐγένετο. Qua re coeli clementia, instar Phaeacum Odyss. ἡ, 117—121. significatur. G. 4, 119. Recte ibi monet Wunderlich. in minore ed. Heyn., non videri Paestanam rosam singulari aliqua virtute excelluisse; alioqui Plinium, ubi de praestantibus rosarum generibus agat, 21, 4, inter Praenestinam, Campanam aliasque illam quoque recensiturum fuisse. Commemorat eam Columella quoque 10, 37. (*Paestique rosaria gemment*), ubi vidd. interpp.

palatia Romana G. 1, 499.

Pales, dea pabuli et gregum pastorumque, cujus sacra solvuntur II. Calend. Maii, et Palilia vocantur. Serv. ad G. 3, 1. Cf. 294; 4, 113 sequ.

Palici fratres gemini, Jovis ex Aetna Nympha filii, dei indigetes Siciliae, A. 9, 585.

Palinurus, Iasii fil., gubernator navis Aeneae, A. 3, 202, 513; 5, 857; 6, 337 etc.

Pallas, Evandri fil., A. 8, 103, etc.

Pallene, pars Macedoniae, in formam insulae procurrens, G. 4, 391.

palumbes aëriae E. 3, 69.

Pan deus Arcadiae, in qua praecipue colebatur, teste Paus. Arcad. c. 26. E. 10, 26; G. 3, 392; fistulae inventor E. 2, 32; 8, 24; Luna potitus sub specie arietis G. 3, 392; ovium custos G. 1, 17.; rubens, ut Priapi, Satyri, Bacchus quoque olim et Diana Ephesia, E. 10, 27.

panacea, πανάκεια, medicorum succus fabulosus. Callim. hymn. in Apoll. 40. A. 12, 419. De dea ejus nominis medica vid. Paus. Att. c. 34.

Panchaïa, fabulosa Euhemeri insula, Arabiae ab oriente objecta, pro Arabia dicta, G. 2, 139. Inde ignes Panchaei pro thuribus ex Arabia incensis G. 4, 379.

pandae lances, curvae, ventriosae, G. 2, 194.

Pandarus et Eurytion, filii Lycaonis Lycii, sagittandi arte clari, A. 5, 495 sequ. P. et Bitias, fratres, Trojani, gigantum similes, A. 9, 672 seqq.

pandere Helicona, canere, A. 7, 641; 10, 163.

pangere, figere, constituere, facere, A. 8, 144.

Panopea, Πανόπεια, seu Panope, Nereis, G. 1, 437; A. 5, 240.

Pantagias, fl. parvus Siciliae infra Leontinos, cujus ostium praeruptis utrinque rupibus includitur, nunc Fiume di Porcari, A. 3, 689.

papaver Cereale dicitur G. 1, 212., quia Cereris ornamentum est in artis monumentis et ap. poëtas, διὰ τὸ πολύσπορον τῦ μήκωνος, ut suspicatur Franc.

Guyet. in nota Ms. pro inferiis oblatum G. 4, 545.
papulae, pustulae, carbunculi, G. 3, 564.
para (τὸ) armari pubem, h. e. armatum pubis, A. 7, 429.
Parcae E. 4, 47.
Parcere subjectis etc. A. 6, 851.
Paris, Priami fil., non imbellis fictus, more poëtarum Homero posteriorum, A. 5, 370.
Parnasus seu Parnassus, m. notissimus in Phocide prope Delphos. Ibi Apollo et Musae versari credebantur, sicut in Pindo et Helicone. E. 10, 11 etc. Cf. 6, 66.
partes easdem ex iisdem partibus petere A. 7, 69. videtur idem esse ac partem ex parte, sive aliud ex alio petere, donec omnibus potitus sis.
Parthus, Parthi, E. 1, 63. Cf. Niphates. Parthum cornu E. 10, 59, quia Parthi perite sagittabant.
Pasiphaë, Minoïs II., Cretensium regis, uxor, amore tauri infamis, E. 6, 46. A. 6, 23, 445.
passae palmae A. 3, 263, pansae, expansae.
passivum verbum pro activo G. 2, 425.
pastor. v. Siculus.
pater Romanus, Jupiter Capitolinus, A. 9, 449.
pateris et auro, pateris aureis, G. 2, 192.
pati, durare, καρτερεῖν, E. 10, 53.
pausia. v. orchades.
pax, venia, A. 10, 31.
Pelethronius saltus in m. Thessaliae, G. 1, 281; 3, 94.
Pellaeus G. 4, 287. dicitur Canopus (ὁ Κάνωβος), h. e. Macedonicus (a Pella, Macedoniae urbe nobili, cujus Numni fuerunt reges Philippus et Alexander M., qui inde Pellaeus audit), propterea quod Macedones sub Ptolemaeis Aegyptum obtinuere.
Pelops, Tantali, Phrygiae regis, fil., a patre mactatus et deis in convivio appositus, cujus humerum sinistrum cum Ceres comedisset, eburneum pro eo habuit ab Inferis puer revocatus, G. 3, 7.
Pelorus promont. Siciliae ad fretum Siculum A. 3, 411.
Pelusiaca lens. v. lens.
penates, focus, A. 1, 704.
Penthesilea, Amazonum regina, quam Achilles occidit, Priamo opitulantem, A. 1, 490; 11, 662.
Pentheus, Thebarum rex, furiis agitatus, A. 4, 469.
perfectum ἀορίστως G. 1, 263, 380 sequ.; 2, 141 seqq.; 3, 378. pro plus qpf. conj. A. 11, 112.
Permessus, Boeotiae fl., ex Helicone m. descendens, E. 6, 64.
pero, corium bubulum tegendo pedi, καρβατίνη, A. 7, 690.
Persarum vetus imperium significari videtur Cerdae

aliisque G. 4. versibus 210 seqq. Illis enim subjectae fuerunt Aegyptus, Lydia, quae *ingens*, h. e. ingentis famae, dicitur ob Croesi victorias et opes, Parthorum terra et India, cujus fl. Hydaspes eam ob causam *Medus* vocatur, h. e. Persicus. Persas autem reges suos servilem in modum veneratos esse constat.

pestis, Furia, A. 7, 505.

Petilia, v. Meliboeus.

petit, petiit, A. 9, 9. v. contractio.

Phaeacum arces, montes Corcyrae ins., A. 3, 291.

Phaedra, uxor Thesei, quae privignum amans Hippolytum cum corrumpere non potuisset, calumniando apud patrem perdidit, A. 6, 448.

Phaëthontiades sorores, luctu ob mortem Phaëthontis fratris, qui Solis currum patris imperite regens praecipitatus est, in alnos mutatae, E. 6, 62.

phalarica, hasta latioris ferri, A. 9, 705.

Phanaeus rex vinorum G. 2, 98. dicitur vinum Phanis (ἐν Φάναις), portu et promontorio Chii ins. provenions, A. 2, 367.

Phasis fl. in Colchide G. 4, 367.

Pheneus (ὁ et ἡ Φηνεός), Arcadiae urbs antiqua, A. 8, 165.

Philippi. v. Emathia.

Philocletes. v. Meliboeus.

Philomela. v. Tereus.

Phlegyas, Ixionis pater, qui templum Delphicum incendit, A. 6, 616.

Phoebe, luna, G. 1, 431.

Phoebus, cantor optimus, E. 5, 9. Ejus chorus E. 6, 66. Cf. Parnasus.

Pholus, Centaurus, G. 2, 456.

Phorci chorus, A. 5, 240.

Phorcus (Φόρκος, seu Φόρκυς) Ponti et Terrae fil., Nerei frater, praecipuusque maris deus.

Picus rex Aboriginum in Italia, Saturni fil. et Fauni pater, quo imperante Evander venit in Italiam. v. Evander. A. 7, 48.

Pilumnus, Turni abavus, A. 9, 4; 10, 619.

Pinarii et Potitii, familiae maxime inclitae sub Evandro in eo, quem regnabat, tractu Italiae, qui sacro, Herculi ab Evandro facto ob interemtum Cacum, adhibiti sunt. Liv. 1, 7.: *Forte ita evenit, ut Potitii ad tempus* (sacrificii faciendi) *praesto essent, iisque exta apponerentur; Pinarii, extis adesis, ad ceteram venirent dapem. Inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis sollemnium vescerentur. Potitii, ab Evandro edocti, antistites sacri ejus per multas aetates fuerunt, donec, tradito servis publicis sollemni familiae ministerio, genus omne Potitiorum interiit. Haec sacra Romulus una cum aliis peregrina suscepit, jam tum immortalitatis virtute*

te partae, ad quam tum sua fata ducebant, fautor. A. 8, 269, 281.
Pindus, Thessaliae m. in finibus Macedoniae et Epiri, E. 10, 11. Cf. Parnessus.
pingui, pinguedine, sagina, G. 3, 124.
pinos G. 2, 443. loquentes E. 8, 22.
Pirithous, Ixionis, regis Lapitharum, fil., qui cum, Theseo auxiliante, Proserpinam rapere conatus esset, uterque captus a Plutone et in vincula conjectus est, quibus Theseum Hercules liberavit, A. 6, 399.
Pisa. v. Pisae.
Pisae, urbs Etruriae, a Pelasgis et Aboriginibus tempore antiquissimo condita, quos Pisa Elidis urbe, ludis Olympicis clarissima, profectos arbitrabantur, unde *Alpheae Pisae* A. 10, 179. quia Pisam Alpheus fl. praeterfluit.
Piscis aquosi sidus G. 4, 234. J. H. Vossio dici videtur tempus hiemale, quemadmodum *sidus* nonnunquam certum anni tempus significat. Tac. Ann. 1, 70: *sidus aequinoctii* etc. Pisces autem mensibus hibernis tota nocte conspici possunt, qui dicuntur *aquosi*, tanquam auctores tum fere ingruentium imbrium ac tempestatum. Eos fugere Pleiades dicuntur tum occidentes. Cf. Pleiades.
pistrix vel pristis, bellua marina, A. 3, 427.
pix (liquida, Teer,) Idaea in Phrygia praestans G. 3, 450; 4, 41.
placatam, a Napaeis, G. 4, 544.
placidum ventis stans mare E. 2, 26. Sophocl. Ajac. 674: Δεινῶν τ' ἀήμα πνευμάτων ἐκοίμισε Στένοντα πόντον.
plaustra bobus juncta, rotis parvis et solidis, sine radiis (*tympana* appellantur G. 2, 444.), cujusmodi rotae etiamnum in Longobardia visuntur. G. 1, 163.
Pleiades, Atlantis filiae, Vergiliae Romanis dictae, in dorso Tauri, G. 1, 138; 4, 232. Colum. 11, 2, 36.: *VI. Idus Majus Vergiliae totae apparent.* Occidunt mane a. d. *IX. Cal. Nov. ad brumae tempora*, Colum. 2, 8, 1. Tempestuosum etiam id tempus esse solet.
Plemyrium promont. Siciliae ad aditum sinus et portus Syracusani, A. 3, 693. *Undosum* dicitur, quod aestuantis maris fluctibus alluitur; unde et ipsum nomen Πλημμύριον, a graeco πλημμύρα (πλημυρία, πλημυρίς), quod fluctum aestumque maris significat.
plus septima, plus quam sept., G. 4, 207.
pecula, loca, ubi potant armenta et pecudes, E. 8, 28; G. 3, 529.
Polites, Priami fil., a Pyrrho occisus, A. 5, 564.

Pollio. v. Timavus.
Polyidus, Coranii fil., vates, qui, male habitus a Minoë R. Creta aufugit et a Megarensium rege Niso hospitio exceptus est, quem deinde Minos bello repetiit. Apollod. 3, 3. Cir. 112.
Polyphemus, Neptuni fil., Cyclops, A. 3, 619. Ejus, Galateam amantis, cantus E. 9, 39 seqq.
Pometii seu Pomentini, quorum urbs Suessa Pometia in Volscis, A. 6, 773.
ponere, seu deponere, pignus, E. 3, 31 seqq. positae, ordinatae, E. 9, 55. posuere, quievere, A. 7, 27.
Pontus, Mithridatis postea regnum, positum propter vicinitatem pro Colchide, patria Circes et Medeae, magarum, E. 8, 95.
Populonia seu Populonium, urbs Etruriae, A. 10, 172.
porro flumina, πόρρωθεν παραρρέοντα, longe inde discurrentia, A. 6, 709.
porrum capitatum Mor. 74.
Porsena, rex Etruscorum, A. 8, 646.
Portunus, Palaemon, ante Melicerta dictus, deus maris, A. 5, 241.
positio debilis E. 4, 51; G. 1, 352, 371; G. 4, 222 etc.
poteras pro potes, E. 1, 80, ubi Wunderlich. in ed. Heyn. min.: „Poteras cave pro posses accipias. Juv. 3, 315.: *His alius poteram et plures subnectere caussas.* Horat. Sat. 2, 1, 16. (*Attamen et justum poteras et scribere fortem*) Ita Graeci loquuntur. Soph. Aj. 1400: Ἀλλ' ἤθελον μέν· εἰ δὲ μή, κ. τ. λ.“ Ovid. quoque Met. 1, 679: *Quisquis es, hoc poteras mecum considere saxo,* ubi vidd. interpp.
Potitius. v. Pinarii.
potitur secundum 3. conjug. A. 3, 56; 4, 217.
Potniades quadrigae. v. Glaucus Sisyphi fil.
potuit, sustinuit, ausus est, G. 3, 453.
praecordia sedes etiam mentis secundum Empedoclem, G. 2, 484. Schol. Cruq. ad Horat. A.P. 465: *Emped. dicebat, tarda ingenia frigido circum praecordia sanguine impediri.*
praesens χορίσως E. 6, 30; 8, 45; A. 1, 517. pro praeterito A. 9, 712.
Preciae (vel Pretiae, vitis), inquit Plin. 14, 2., *duo genera magnitudine acini discernuntur, quibus materies plurima, uvaque ollis utilissima, fotum apio similes.*
premere, plantare, G. 2, 346; 4, 131. pressit, repressit, loquentem interpellavit, A. 7, 119.
Priamus Laomedontis fil., rex Trojae, A. 2, 479 etc. Cf. Iulus.
Priapus, Bacchi fere et Veneris creditus fil., hortorum deus, Lampsaci, ad Hellespontum in Mysia praecipue cultus, G. 4, 111.
prima, elementa, E. 6, 33.

primitiva pro derivatis, E. 6, 65.
pristis. v. pistrix.
Privernum, Volscorum, dein Latinorum, urbs prope Amasenum fl. A. 11, 540.
prius, potius, A. 2, 190.
procleusmaticus pro dactylo in hexametro heroico G. 1, 397; A. 5, 432. Cf. i litt. pro consona.
Prochyta, nunc Procida, ins. Miseni, Campaniae promontorii, e regione sita, A. 9, 715.
Procne, hirundo, G. 4, 15. v. Tereus et Ovid. Met. 6, 669 seqq.
Procris, Erechthei, regis Atheniensium, filia, Cephalo Phocensi nupta, a quo forte inter venandum occisa est. Vide interprett. ad Ovid. Met. 6, 681. A. 6, 443.
prodere, propagare, A. 4, 231.
producere, provehere in malam partem, redigere, E. 1, 73.
Proetides, Proeti, regis Argivorum, filiae, quas Juno offensa ad insaniam adegit, ut sibi in vaccas mutatae esse viderentur; quas Melampus sanavit, E. 6, 48.
profecto cum imperativo A. 8, 532.
Proserpina, Cereris filia, Plutonis conjux, G. 1, 39 etc.
protenus seu protinus agere, ante se agere, προάγειν, E. 1, 13.
Proteus, deus maris fatidicus, G. 4, 388. Agebat ad Pharum insulam, Aegypto objectam; unde A. 11, 262. dicuntur Protei columnae, ut Herculis, pro extremis ab ea parte plagis orbis terrarum. Menelaum in reditu a Troja delatum eo fuisse, ex Homero constat.
Psitia (vitis), ἡ Ψιθία (σταφυλή) Geopon. 5, 2, 4, Nicand. Alexiph. 181 etc., G. 2, 93. Plin. 14, 9: *Psithium* (seu *Psythium*) *et Melampsithium passi genera sunt, suum saporem, non vini, referentia.*
pubentes herbae, florentes, G. 3, 126.
puer, adolescens, G. 1, 19.
pulchram properans per vulnera mortem A. 9, 401.
pulsatos, violatos, ignominiose habitos, A. 12, 286.
Pulveris exigui jactu etc. G. 4, 87.
Purpurea vitis G. 2, 95. dicitur κατ' ἐξοχὴν, quae est ex genere Columbinarum. Plin. 14, 13.
Pyrgi, castellum Etruscorum, cum piraticam exercebant, secundum Serv. etc. A. 10, 184.
Pyrrha, Epimethei et Pandorae filia, nupta Deucalioni, Promethei filio, qui regnabat (secundum Marm. Oxon. epoch. 4. etc.) Lycoreae ad Parnassum, et cum ea diluvio absumtum genus humanum jactis lapidibus restituit. E. 6, 41. Cf. Ovid. Met. 1, 322 seqq.
Qua, qua parte, ubi, G. 3, 349.

Quadrupedante putrem etc. A. 8, 596. Cf. 11, 875.
quae, qualia, quam egregia, E. 2, 21; G. 3, 265.
quaesita, desiderata, quia nullae erant, G. 3, 532.
quam longa, quam longa sit, totam, A. 4, 193. Cf. 8, 86.
quianam, quare, quomodo, A. 5, 13; 10, 6. Vox Ennii et veterum, a Virgilio usurpata ad spargendam auctoritatem, testibus Quinctiliano, Prisciano, Charisio, Servio etc.
quid? τί δαί; in principiis orationum, G. 3, 265.
quidam G. 4, 219. Pythagorei, quorum doctrinam de mundi anima Platonici quoque ac Stoici suo quique modo amplexi sunt.
quippe circa finem sententiae A. 12, 422.
Quirinalis trabea. v. trabea.
Quirini, Quirinalis, Romani, ut Romulus dicitur pro Romuleus etc. G. 3, 27.
Quirites, Curites, Curenses, ex Curibus Sabinis, A. 7, 710.
Quisque suos patimur Manes A. 6, 741.
Quo fata trahunt etc. A. 5, 709.
Quod optanti divum promittere etc. A. 9, 6.
quondam, nonnunquam, G. 3, 99; A. 2, 367.
quum, quum tamen, A. 5, 810.
radii. v. orchades.
rapere, praecipitare, A. 10, 14.
rapidus cretae, qui cretam secum rapit sive agit, lutosus; quod de Oxo narrat Curt. 7, 10, 13. E. 1, 66.
rarescere, laxari, patere, A. 3, 411.
rationis egens, ἀμήχανος, A. 8, 299.
recidiva, restituta, A. 4, 344. rec. arundo, iterum iterumque regerminans, Mor. 62.
redire, flecti, G. 3, 354.
refuso ponto, infuso, immisso in portum Julium. v. Lucrinus lacus.
regales, regali modo ornatas, A. 7, 75.
reice, rejice, E. 3, 96.
repeto, memini, A. 3, 184.
repostae, pretiosae, opiparae, G. 3, 527. Hor. epod. 9, 1.: *repostum Caecubum*. repostas, remotas, A. 3, 364.
requiescunt active Cir. 228.
resonat, resonare facit, personat, A. 7, 12.
resultare, resonare, A. 8, 305.
retulit, appellavit, A. 8, 343.
Rex Jupiter omnibus idem A. 10, 112.
Rhadamanthus, Jovis ex Europa fil., Inferorum judex, A. 6, 564.
Rhamnes, rex et augur Rutulorum, A. 9, 325.
Rhaetica (vitis) *in Veronensi*, Plin. 24, 6. G. 2, 95.
Rheni frigora E. 10, 47.
Rhesus, Martis fil., rex Thraciae, qui opem Trojanis tulit, et a Diomede atque Ulysse noctu obtruncatus est in castris suis, G. 4, 462.
Rhipaei, Ῥιπαῖοι, montes Scythiae, G. 1, 240. Rhi-

paeus, Scythicus, sep boreadis, quoniam is ventus terras septentrionales maxime infestat, G. 3, 382.
Rhodium vinum inter salsa enumeratur a Plinio 14, 8., Coo simile. Cf. 14, 3. G. 2, 102.
Rhodope m. Thraciae E. 8, 44.
Rhoebus, equus Mezentii, A. 10, 861.
Rhoeteum, Troadis oppidum et promont., A. 5, 646.
Rhoetus, Centaurus, G. 2, 456. alius, Marrubiorum rex, A. 10, 388.
Roma pulcherrima rerum G. 2, 534.
Romanorum virtutes A. 6, 849 seqq.
Romulus G. 1, 498, etc.
Rosea, seu campi Roseae, ad lacum Reatinum, summae olim fertilitatis, A. 7, 712. Cf. Clav. Cic.
rostra tridentia navium A. 8, 690.
rostrata navali corona tempora Agrippae, h. e. rostris ex auro vallata. Donatus autem ea corona paulo ante fuerat, a. U. C. 717., ante Christ. 33., in bello Siculo, victo Sexto Pompejo. Vellej. 2, 81, 3. Cf. nummos Agrippae. A. 8, 684.
Rostris stupere, vehementer admirari oratores pro Rostris dicentes, eloquentiae forensi studere, G. 2, 508.
rotarum lapsus, rotae, quae labuntur, h. e. volvuntur, A. 2, 235.
rubor. v. Tyrius.
Rufrae, seu Rufrium, in Hirpinorum finibus, ut etiam Batulum et Celenna, A. 7, 739.
rumor, stagnis aquarum, A. 8, 90.
rumpentes arbusta cicadae G. 3, 328, personantes. Proprie aër in arbustis rumpitur voce, cantu, vel clamore.
Rutuli. v. Turnus.
rusticus, stultus, E. 2, 56.
Sabaei, Arabiae felicis incolae, dicti a metropoli Saba, unde thus mittitur, G. 1, 57.
Sabellicus, Sabinus, G. 3, 255.
Sabinus rex, Sabinorum gentis, quae Ausonum vetustissima fuit, auctor, A. 7, 178.
Sacrani, sacerdotum Ardeae collegium, quod Magnae deûm Matris sacra curabat; unde sic dici videntur Ardeates A. 7, 796.
saevus Oriens dicitur A. 5, 739, quia umbris eripit usum lucis.
Salii in sacro Herculis A. 8, 285. Proprie Salii Martis sacerdotes erant ap. Romanos ex Numae instituto; sed in vetere Latio Saliorum nomen commune sacerdotum fuisse videtur a saliendo: quoniam olim omnis res sacra cum tripudio et cantu conjuncta erat. Serv.: SALII. *Qui* (fort. *Quia*) *tripudiantes aras circuibant.* Apud Festum *Salias virgines* Cincius ait esse *conductitias, quae ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatae* etc.
Sallentini incolae oppidi Sal-

lentiae in Calabria A. 3, 400.
salsas herbas G. 3, 395., sale mixtas secundum J. H. Voss., qui laudat Aristot. Hist. anim. 8, 10.
Salmoneus (Σαλμωνεὺς) A. 6, 683, ubi Serv.: *Salm. Aeoli fil. fuit, non regis ventorum, sed cujusdam apud Elidem, ubi regnavit; qui, fabricato ponte aereo, super eum agitabat currus ad imitanda tonitrua; et in quem fuisset jaculatus facem, eum jubebat occidi. Hic postea verum expertus est fulmen.*
Same seu Samos dicta olim ins. Cephallenia, A. 3, 271.
Samos, ins. Asiatica in mari Aegaeo cum urbe cognomine, cultu Junonis antiquo clara, A. 1, 16.
Saliculá Campaniae urbs A. 7, 729.
Sardoae herbae, genus batrachii seu ranunculi (Hahnenfuss), vi caustica, cujus succus insanire facit bibentes; unde risus Sardonius dicitur E. 7, 41. Magnus enim ejus herbae proventus erat in Sardinia.
Sarrastes, Sarni fluvii accolae in Campania, graecae secundum nonnullos originis, A. 7, 738.
Satura palus circa Ufentem amnem ad Pomtinas paludes A. 7, 802.
Saturnus, Coeli et Terrae creditus filius, Titan, qui patre castrato regnavit; mox autem a filio Jove in exilium actus primum in Peloponnesum, deinde in Italiam se contulit, ibique, a Jano in regni societatem admissus, agriculturam et a latrociniis abhorrentem docens vitae rationem adeo homines beavit, ut seculum ejus aureum diceretur. G. 2, 538; A. 8, 319. Philyrae, Oceani filiae amator forma equi G. 3, 92. Ejus *dens* G. 2, 406. est falx amputatoria, notum dei insigne in nummis aliisque artis veteris monumentis: nam *dentes*, ut ait Nonius, *non solum sunt, quibus cibus atteritur, sed omne, quo aliquid exsecari vel teneri potest.* Serv.: *Et curvo Saturni dente. I. e falce, quae est in ejus tutela.* Ejus *stella* observanda esse dicitur G. 1, 336, ut sciamus, quo se recipiat, h. e. cum quo sidere se conjungat: *in Capricorno enim*, inquit Serv., *facit gravissimas pluvias, et praecipue in Italia, ut in Scorpio grandines.* Ei frigus tribuitur: v. Plin. 2, 8, 6.
Saturnia regna E. 4, 6; 6, 41; Sat. tellus, Italia, G. 2, 173.
saturum Tarentum dicitur G. 2, 197. propter insignem agrorum ubertatem.
saturus color, quo satura est lana, quae satis eo imbuta est, G. 4, 335.
saxosum sonans G. 4, 370, ita sonans, ut qui saxa volvat.
saxum non exsuperabile G. 3,

39. est Sisyphi, regis Corinthiorum, qui hospites saxo imposito necabat; quapropter saxo in montem altissimum volvendo, quod identidem relaberetur, punitus est apud Inferos.
scenicae rei origo apud Graecos G. 2, 380 seqq.
scilla, cepe marinum, G. 3, 451.
Scipiadae G. 2, 170. duo fulmina belli A. 6, 840.
Scylaceum seu Scylacium, Atheniensium colonia inter duo promontoria Iapygum et Cocintum; qui tractus procellis obnoxius, A. 3, 553.
Scylla, Nisi, regis Megarensium filia, confusa cum Phorci, ut etiam apud alios, E. 6, 74. Cf. Cir. 49 etc. Phorci filia, monstrum marinum, A. 3, 420 seqq.
Scythia E. 1, 66., ad quem locum vir illustris, J. H. Vossius: *Scythien*, die Nordseite des Erdkreises bis um den 54. Grad, zwischen Nordwest, wohin man den Rhenus sezte, und Nordost in Asien, wo die Indier anfingen.
Sebethus fl. prope Neapolin A. 7, 734.
secare spem A. 10, 707. ab aliis aliter exponitur, a Servio *sequitur*, *tenet*, *habet*, (cui simile videtur homini, quod legitur A. 6, 900.: *Ille viam secat ad naves*); a Turnebo *sumit*: nam qui aliquid secet, sibi solere partem sumere; a Scaligero et Cerda *aperit sibi spem factis*, ut viam secans aliquis aperiat; denique ab Heynio *spem incidit*, *intercipit*, *tollit*; cui loquendi formulae vicina sit Horatii *spem longam resecare* Od. 1, 11, 7. Mihi quidem Turnebii explicatio arridet, quo modo dicitur *in partem alicujus rei venire* etc.
sed autem A. 2, 101. sed enim A. 6, 26.
sedet A. 6, 617. Theseus moerens, et quem admissi sui in Proserpinam poenitet.
Selinus oppidum Siciliae palmis consitum A. 3, 705.
Semper honos etc. E. 5, 78.
sensit delapsus in hostes A. 2, 377.
sequaces undae, flexibiles, tortuosae, A. 5, 193.
sequestra pace A. 11, 133., h. e., inquit Heyn., induciarum fide et auctoritate. *Sequester*, seu medius et arbiter inter duo litigantes, fidem facit ejus, de quo convenitur, vel res ejus arbitrio constituitur. *Pax*, pactio, tutos praestabat h. l. et Latinos et Trojanos, ut permixti discurrerent.
Seres. vide v. Aethiopum nemora.
Sergii unde, A. 5. 121.
serpyllum, ἕρπυλλον, Quendel, E. 2, 213.
C. Attilius Serranus, ab aratro arcessitus ad consulatum, quem bis gessit, de Poenis in Sicilia victis triumphavit priore, sive a. U. C. 495. A. 6, 841.

Severus. v. Tetrica.
sibila ora A. 2, 211.
sic, ut erat, terram prospiciens, A. 1, 225.
Sic itur ad astra A. 9, 641.
Sicani ad Tiberim, ut videtur, in finibus Rutulorum, A. 7, 795; 11, 317. Plin. 3, 9. eos recenset inter populos Latinos.
Sicelides. v. Musa.
Sicilia avulsa terrae motu ab Italia, A. 3, 414 seqq.
Siculus pastor, Theocritus, E. 10, 51.
Sicyon olivifera G. 2, 519. Cf. Ovid. in Ibin 319, etc. Est autem ea civitas una de 7 veteribus Graecorum in Peloponneso, prope Isthmum.
Sidicini. v. Aurunci.
sidus triste Minervae A. 11, 259. tempestas a dea commota. Cf. A. 1, 39 sequ.; 2, 163 seqq. Nam tempestates per siderum ortus vel occasus significari solent. *Sideris in numerum*, inter sidera, G. 4, 227. *Sidera* planetae G. 1, 335; zodiacus A. 6, 793.
Sila, m. et silva in Bruttiis, G. 3, 219; A. 12, 715.
Silarus Lucaniae fl., hodie Selo, qui Tanagrum, hodie Negro appellatum, recipit, G. 3, 146.
Silentes, umbrae, Inferi, A. 6, 432.
siliquae (seu folliculi vel thecae leguminum) fallaces, quia in grandioribus parvus nonnunquam foetus inest, G. 1, 195.
Silvanus, arvorum et pecoris deus, E. 10, 24; G. 1, 20; A. 8, 601. *senex* dici videtur G. 2, 494. propter antiquissimum ejus cultum in Italia. Vid. J. H. Voss. ad E. 10, 24.
simplex pro composito. v. ceperat, tenere, tulit.
simplex, stultus, Cul. 89.
sin vero G. 4, 251, si minus, si vero id non facient: affecti erunt; quod certis signis agnosces.
sine more, sine lege, temere, A. 8, 635.
sinuant, sinuantur, A. 2, 208.
Sithon dicta antiquitus Thracia, auctore Gellio Noct. Att. 14, 6. Cf. Plin. 4, 18. E. 10, 66.
solum, mare, quod navigatur, A. 5, 199.
Somnus deus Palinurum perdens A. 5, 835 seqq.
Somni portae duae A. 6, 891 seqq.
sonipes, equus, A. 11, 600.
sonoribus saeva arma A. 9, 651.
Soracte m. in Faliscis, Apollini sacer, A. 7, 696, ubi Heyn.: De Soracte monte (*Monte di S. Silvestro*) et Hirporum familiis, quae Apollinis sacra in eo curabant, super ambustam ligni struem ambulantes, locus class. Plinii 7, 2. et Salmasii Exerc. Plin. p. 59. Simile quid occurrit ap. Soph. Electr. 265, ubi vid. Brunck., et ap. majores nostros. Eosdem Hirpos attigerat 7, 696.: *Qui Soractis habent arces.* Imita-

tor hujus loci Sil. 5, 175 seqq. Sacrum id in luco Feroniae fieri solitum narrat Strabo 5. p. 364. A.

sorbus, Sperberbaum, Arlesbeer, G. 3, 380. Pallad. 2, 15, 4. *Item ex sorbis maturis, sicut ex piris, vinum fieri traditur et acetum.* Memorat Plin. inter reliqua vini fictitii genera 14, 16. s. 19.

soroores κατ' ἐξοχὴν dictae Musae E. 6, 65.

Spartana virgo A. 1, 315. *Sparta enim*, inquit Serv., *civitas est Laconiae, ubi sunt puellae venatrices.* Sed de hoc quidem aliis veterum testimoniis nihil constat; scimus tantummodo, et pueros Spartae et puellas saltationi, cursui, luctae et jaculando operam dedisse: vide Plut. Lycurg., Xenoph. de republ. Laced. cap. 1. §. 4. Strab. 10, cap. 481, Lucian. dial. περὶ ὀρχήσεως, Cic. Tusc. Quaest. 2, 15, Propert. eleg. 3, 12; quae loca laudat vir eruditus G. G. S. Köpke in libro bonae frugis plenissimo, qui sic inscriptus est: Über die Gesetzgebung und Gerichtsverfassung der Griechen, Erford. 1806, pagg. 200 seq. Nihilominus vel his ipsis Virgilii versibus efficitur, virgines Lacaenas, utpote peritas jaculatrices, etiam venationi nonnunquam vacasse; neque tum alio quam consueto habitu eas usas fuisse credibile est, brevibus tunicis et ad femur usque dissutis, ut nudum femur in incessu appareret, unde φαινομηρίδες dictae sunt.

sparus, telum rusticum, pedo simile, A. 11, 682.

sperare, praesagire, timere, ut ἐλπεσθαί, E. 8, 26; A. 1, 543; 4, 419.

spinus, oxyacantha, Schlehdorn, cui jam insita erat prunus, G. 4, 145.

spirantia freta, effervescentia, ebullientia, G. 1, 327.

spuit terram, conspuit, G. 4, 97.

spuma argenti, defervescentis, dum coquitur, Silberglätte. Plin. 33, 6. G. 3, 449.

squalentes auro maculae G. 4, 91.

stat, durat, manet incolumis, G. 4, 209.

sternax equus A. 12, 364.

stricturae, μύδροι, massae ferri, quae procuduntur, A. 8, 421.

Strophades, inquit Heyn. in nota ad A. 3, 215., insulae duae in mari Ionio, ex adverso Peloponnesi ante Zacynthum sitae; olim *Plotae* (Πλωταί, natantes) dictae. Sed, propulsis ex Phinei domo ad eas usque insulas Harpyiis, Boreae filii ὑπέστρεφον ἄψ ἐπὶ νῆας, unde Στροφάδες dici coeperunt. Vid. Apollon. 2, 285 seqq., Apollod. 1, 9, 21. ibique Obss. p. 77 seqq.

Strymoniae grues, a Strymone, fluvio Thraciae, hieme ingruente in Graeciam venientes, G. 1, 120.
styrax Cir. 168. Heyn.: Styrax frutex et succus (seu gummi) officinis adhuc nostris pharmaceuticis frequens, *storax* vulgo dictus, ex Syria plerumque petebatur. Plin. 12, 17, 40. Styracem Idaeum, h. e. Creticum (Plin. 12, 17, 40), Plinio parum probari lib. 12, 25, 55, a Scaligero notatum est.
Styx fl. Inferorum. G. 4, 480 seqq.
subsidere aliquem, ex insidiis adoriri, A. 11, 268.
sufficere, dare, praebere, gignere, G. 2, 191, 424.
sulfura viva G. 3, 449. Sulfur duplex est, alterum ἄπυρον, seu vivum, alterum πεπυρωμένον, sive igne incoctum, secundum Dioscor. c. 124. Cf. Cerda.
super, super his, praeterea, A. 7, 452. *super his*, post haec, inde, A. 2, 348.
supera, expugna sacris faciendis, placa, A. 3, 439 etc.
suus sopor, illis debitus pro labore diurno, G. 4, 190.
Symaethus fl. in orientali parte Siciliae, A. 9, 584.
Syracosius versus, Theocriteus, E. 6, 1. Cf. Musae Sicelides.
Syria pira G. 2, 88. Plin. 15, 15.: *Proxima iis* (Crustuminis piris, Poire perle, sec. Dalechamp.) *Falerna* (Bergamote), *a potu*. — *Lactea* (Blanchete), *haec vocantur, in iisque alia* (leg. *aliqua*) *colore nigro donantur Syriae.*
Syrium. v. Assyrium.
tabularia. G. 2, 502.: *Nec populi tabularia vidit.* H. e., inquit Heyn., nullum vectigal, nec portorium, nec pascua, a populo publicanus conduxit; quarum redemtionum tabulae, publica instrumenta, in *tabulario* servabantur, quod Romae erat, in atrio Libertatis. v. Liv. 43, 16.
Taburnus m. Samnii, olivis nobilis, G. 2, 38.
Taenarus Laconiae oppidum, portus et promontorium, in quo specus, per quem adiri Inferi credebantur, G. 4, 467.
Tanager fl. v. Silarus.
tantum, modo, secundum Serv., E. 6, 16.
Tarcho, Telephi fil., qui cum Tyrrheno profectus in Italiam duodecim nobiles Tyrrhenorum urbes condidit, inprimis Tarchonem seu Tarquinios. Strab. 5, p. 191. A. 8, 603.
tardi menses G. 1, 32. dicuntur aestivi, in quibus Virgo et Libra oriuntur, quod ii menses durare longius videntur quam hiberni, cum dies sunt breviores.
Tarentum A. 3, 551. dicitur Herculeum, sive quod in Herculis tutela fuit, ut incerto auctore tradit Pompon. Sabinus (quo pertinere videtur nummus aureus Tarentinorum, Hercu-

lis imaginem ostendens leonem occidentis apud Golz. Numm. Sic. et Graec. M. 33, 4, neque non verisimile id reddit Tarentum postea ducta a Phalantho Heraclide Lacedaemoniorum colonia); sive poëta loquitur per prolepsin, ipseque intelligendus est Phalanthus, quem octavum ab Hercule facit Servius, quod visum Mazochio in libro de tabulis Heracleens. Prodr. c. 4., ubi multa de vetere Tarento; quemadmodum Horat. dixit *Lacedaemonium Tarentum* Od. 3, 5, 56. Cf. Heynii excurs. 14. ad A. 3., et supra v. saturum etc.

Tarquinius Superbus, rex Rom., A 8, 646.

Tartara intima Leti, G. 4, 481.

Tatius, rex Sabinorum, qui, postquam Romulus cum suis virgines Sabinas rapuissent in Consualibus, bello illato Capitolium, proditione Tarpejae virginis, cepit et Romam invasit, ubi dein pace facta cum Romulo per quinquennium regnavit. Liv. 1, c. 10. A. 8, 638.

Taygeta seu Taygetus, m. Laconiae, Libero sacer, G. 2, 488.

Taygete Pleias, ex qua Jupiter Lacedaemonem suscepit, urbis cognominis conditorem, G. 4, 232.

Tegea, oppidum Arcadiae, unde Pan G. 1, 18. appellatur Tegeaeus, h. e. Arcadius. v. Pan.

Teleboae relicta Tapho, quae est ex Echinadibus insulis, Acarnaniae objectis, Capreas occupasse dicti sunt, quorum rex Telon A. 7, 734. Ibidem commemoratur ejus fil. Oebalus, qui partem ipsius Campaniae sibi subjecit.

Tellus, prima deorum, A. 7, 136.

Telon seu Telo. v. Teleboae.

Tempe Peneia, Thessaliae locus amoenissimus ad Peneum fl., fuse descriptus ab Aeliano Var. Hist. 3, 2; a quo loco similia deinceps appellata sunt. G. 4, 317.

tendere, protendere, offerre, G. 4, 535; A. 2, 674., verbis respondere A. 9, 377.

tenere, continere, retinere, G. 2, 371.

terere labrum calamo, fistula canere, E. 2, 34. terere, tornare, G. 2, 444.

Tereus, Martis fil., rex Thraciae, Procnes, Pandionis regis Athenarum filiae, maritus, qui Philomelam, ejus sororem, a se compressam, cum injuriam ea celare nollet, crudeliter mutilavit, et in avem post epopem mutatest, E. 6, 78.

terga agrorum, aequor, superficies, G. 2, 236.

testudo, cithara, ut quam, testa animalis nervis intensa, Mercurius effecerit, G. 4, 464. Cf. Schneideri lexic. graec. v. χέλυς. testudo, locus cameratus, A. 1, 505,

ein Gewölbe. Serv.: *Camera obliqua* (?), *quae secundum eos, qui de ratione scripserunt templorum, ideo sic fit, ut simulacro coeli imaginem reddat, quod constat esse convexum.* Cf. Vitruv. 7, 3. etc.

Tethys, Oceani uxor, G. 1, 31.

Tetrica urbs et m. Severus in jugis ad orientem Nursiae, A. 7, 713. Vid. Heynii excurs. 8. ad eum librum.

Thalia (Θαλεία), Musa, inventrix culturae arborum et agrorum, E. 6, 2. Vid. Plut. Sympos. 9, 14 etc.

Thapsus, peninsula in mare procurrens, *plana et paene fluctibus par*, ut ait Serv., quae includit a parte australi sinum Megarensem, *Golfo di Augusta*, prope Syracusas, A. 3, 689.

Thasus, ins. graeca juxta Thraciam, marmore et vino clara, G. 2, 91.

Thaumantias, Iris, Thaumantis filia, A. 9, 5.

Thermodon, Ponti fl. in Scythia, ad quem Amazones habitasse credebantur, A. 11, 659.

Thersandrus, Polynicis fil., A. 2, 261.

Thesidae, Athenienses, dicti a rege Theseo, G. 2, 383.

Theseus, Aegei fil., rex Atheniensium, qui poenas post mortem dedit apud Inferos ob raptam Proserpinam, A. 6, 617. Cf. ibid. 122, 397. et nomen Pirithoi.

Thetis Nereis, Pelei, Thessaliae regis, conjux, dicta pro mari E. 4, 32.

Thule insularum una Shetlandicarum, quae Britanniae a septentrione objectae sunt, finis olim orbis terrarum ab ea parte credita, G. 1, 30.

thurea virga G. 2, 117. Cf. v. Sabae.

Thymbra, oppidum Teuthraniae in Asia minore supra Aeolida, quam regionem (Teuthraniam dico) Mysi antiquitus tenuere, Apollinis fano clarum, qui inde Thymbraeus dicitur. Plin. 5, 30. G. 4, 323; A. 3, 85.

thymbra, cunila, sive satureja (Satureï), Satureja hortensis Linn., herba apibus grata, G. 4, 34.

Thymoetes Trojanus fortissimus, a Turno caesus, A. 2, 32; 10, 123; 12, 364.

Tiberinus, deus Tiberis fluvii, A. 7, 797.

Tiberis fl., ante dictus Albula, A. 8, 332. Tuscus, quia venit ex Etruria, G. 1, 499.

tibicines. v Tyrrheni etc.

Tiburnus, seu Tiburtus, Coras et Catillus, fratres, qui Tibur condiderunt, A. 7, 670 seqq. Plin. 16, 44.: *Tiburtes originem multo ante urbem Romam habent. Apud eos extant ilices tres, etiam Tiburto conditore eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai* (vatis Argivi), *qui apud*

Thebas obierit una aetate ante Riacum bellum.

tigres Armeniae E. 5, 29. dictae pro Hyrcanis. Plin. 8, 18.: *Tigrin Hyrcani et Indi ferunt, animal velocitatis tremendae et maximae cognitae, dum capitur.*

Tigris fl. Armeniae rapidissimus, E. 1, 63.

Timavus fl. in Carnorum finibus, Aquilejam inter et Tergeste, qui tractus saxeus est et scopulosus, ubi hodie incolitur vicus S. Joannis, non longe a castello Duino (Tywein). Ibi 7 aut 9 ingentes inter rupium antra fontes prosiliunt, qui post cursum brevem in unum illud flumen coëuntes, latum iis altumque redditum, uno ostio in mare effunduntur. Hinc *magnus* Timavus E. 8, 6, quem *superans* Asinius Pollio, h. e. Istriam praenavigans, redire ex Illyrico est cogitandus, ubi Parthinos, M. Antonii auspiciis, in bellum Parthicum proficiscentis, debellaverat a. U. C. 715; de quibus triumphavit sequente anno. Cf. G. 3, 475; 475; A. 1, 244.

Timeo Danaos et dona ferentes A. 2, 49.

Tiphys, gubernator Argûs, navis Argonautarum, E. 4, 34.

Tisiphone, Furia, A. 6, 569.

Titanes, Coeli et Terrae filii, inter quos Coeus, Hyperion, Iapetus, Oceanus, Saturnus, A. 6, 578.

Tithonus, Laomedontis regis Trojanorum fil., Troïs abnepos, quem Aurora rapuisse dicta est ob vetustatem, G. 3, 48.

Tityos seu Tityus, Jovis et Elarae fil., gigas, qui Latonae vitium per vim offerens ab Apolline et Diana confossus est, A. 6, 593.

Tmarus, Epiri m., sub quo Dodona, E. 8, 44.

tmesis E. 9, 39; G. 2, 336; 3, 381; A. 6, 60; 9, 288; 10, 794 etc.

Tmolus, Lydiae m., croco et vino nobilis, G. 1, 56; 2, 89. Quanquam non ibi, sed in Cilicia, crocus frequens provenire dicitur, praesertim ad Corycium promont.; sed veteres communi fere errore Tmolum Ciliciae accensent. Vide Burm. ad G. 1, 56. et Ovid. Met. 12, 109.

Tolumnius, augur Rutulorum, A. 11, 429; 12, 258.

tori viparum A. 6, 672.

trabea, genus togae, A. 7, 612. Plin. 8, 48.: *Trabeis usos accipio reges.* Et 8, 39.: *Purpurae usum semper Romae fuisse video, sed Romulo in trabea.* Serv. ad l. 1. Aeneidos: *Suetonius, inquit, in libro de genere vestium dicit, tria esse genera trabearum: unum diis sacratum, quod est tantum de purpura; aliud regum, quod est purpureum, habet tamen album aliquid; tertium augurale de*

purpura et cocco (Scharlach). *Quirinali ergo, regali.* Dictum *Quirinasi* per prolepsin, h. e. trabea, quali post usus est Quirinus, seu Romulus.

trahea, seu traha, vehiculi genus sine rotis, Schleife, Schlitten. Sed vet. Glos. ap. Fabrum in Thesaur. erud. scholast.: *Trahea, κοκκίνη* (leg. τυκάνη) *τὰς βύλας ἀφαυλίζουσα.* (Valze?). G. 1, 164.

Trahit sua quemque voluptas E. 2, 65.

trapetum, quo olea teruntur, mola olearia, G. 2, 519.

tribuli, spinae genus frequens in Italia, Burzeldorn, G. 1, 153; 3, 385.

tribulum *fit e tabula lapidibus aut ferro asperata, quae impositio auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat e spina gruma.* Varro de Re R. 1, 52. G. 1, 164.

tridente Nereus saeviens A. 2, 418.

trifaucis A. 6, 415.

Triptolemus Eleusinius, arationem edoctus a Cerere, G. 1, 19.

tristia, atrocia, A. 2, 548.

Triviae lacus A. 7, 516. est Lacus Aricinus cum nemore et templo Dianae nobilissimo. (cf. ibid. 761.), nunc *Lago di Nemi*, haud longe a vico *Gensano*. Paulo remotior ab his locis versus septentrionem Nar fl. inter Sabinos et Umbros ad Tiberim descendit, *sulfureis* illo notus *aquis*, de quo jam Ennius Annal. 6.:

Sulfureas posuit spiramina Naris ad undas.

(Cluver, p. 705.) quarum natura *candorem* facit. — *Lacus Velinus* amne cognomine efficitur, stagnante inter montium juga super Reate, qui lacus in Narem aliquando a M. Curio, exciso monte, emissus est. Cic. ad Att. 4, 15. Plin. 3, 14 s. 17. — *Aricia* oppidum Latii ad viam Appiam post Albanum m., quod clarum fuit luco Dianae, in quo Egeriae fons.

Triviae sive Hecatae sacer *lucus*, per quem ascendebatur ad templum (*aurea tecta*) Apollinis Cumani, commemoratur A. 6, 11.

triviae, otiosi vulgi et puerorum conventicula, E. 3, 26.

triumphatas bis, seu bino triumpho, gentes Heyn. haud nolit intelligi Aegyptios sub Cleopatra et Cantabros, quibus populis bellum Augustus intulit annis U. C. 723. et 728., quo pertinere censet etiam *duo tropaea diverso ex hoste rapta* versu praecedente.

Troja capta. v. Iulus.

Troja, ludus, Augusto vehementer probatus, teste Suet. Oct. 43., A. 5, 602.

Tros, rex. v. Iulus.

Tros Rutulusve fuat etc. A. 10, 108.